



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>









ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ  
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ  
ΠΕΡΙ ΑΠΟΧΗΣ ΕΜΨΥΧΩΝ  
ΒΙΒΛΙΑ ΤΕΣΣΑΡΑ.

PORPHYRII  
PHILOSOPHI

DE ABSTINENTIA AB ESU ANIMALIUM

LIBRI QUATUOR.

CUM NOTIS INTEGRIS

PETRI VICTORII ET IOANNIS VALENTINI,

*Et interpretatione. Latina*

IOANNIS BERNARDI FELICIANI.

*Editionem curavit & suas itemque*

IOANNIS IACOBI REISKII

*Notas adiecit*

IACOBUS DE RHÖER

Accedunt IV. Epistolae de Apostasia Porphyrii.

---

TRAJECTI ad RHENUM,  
Apud ABRAHAMUM A PADDENBURG, Bibliopolam;  
MDCCLXVII.





V I R I S

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
URBIS DAVENTRIENSIS,  
PRINCIPIS SALIORUM OPPIDI,  
*CONSULIBUS ET SENATORIBUS,*

OMNIS RECTI ARBITRIS,  
LITERARUM AC LITERATORUM PATRONIS  
ET FAUTORIBUS.

GERARDO IOANNI IACOBSON , Icto.  
IOANNI DAPPER , MED: DOCT:.  
HENRICO GERARDO IORDENS , Icto.  
IOANNI ARNOLDO ROUSE.  
IACOBO IOANNI FOCKINCK , Icto.  
HENRICO DUIKINK , Icto.  
HENRICO HAGEDOORN , Icto.  
IOANNI WEERTS , Icto.  
GERARDO GISB: IOANNI VAN SUCHTELEN , Icto.  
HENRICO FREDERICO BOUWER , Icto.  
SIBRANDO DE SCHEPPER , Icto.

\*

DA-

DAMIANO VAN DUREN , Icto.  
WYERO ANTONIO EEKHOUT , Icto.  
CONRADO WILHELMO BARONI SLOET , Icto.  
IOANN: LUDOV: BOSC DE LA CALMETTE, Icto.  
HENRICO TER BORCH IORDENS.


ET QUI ILLIS AB ACTIS SUNT,  
VIRIS SUMMA FIDE CONSPICUIS,

ARNOLDO IACOBSON , Icto.  
HERMANNO BORGERINK , Icto.  
FRANCISCO CORNELIO QUEYSEN, MED: DOCT:.  
MARTINO VAN DOORNINCK , Icto.

TABULARII PUBLICI CUSTODIBUS  
ATQUE PRAEFECTIS,

S. P. D.

I A C O B U S D E R H O E R.

agnanimi PROCERES, *veniam date vera fatenti,*  
*Nil genere humano saevius orbis habet !*  
*Nil equidem nostro satis est a crimine tutum,*  
*Raptorumque manus insidiasque fugit !*

*Quid-*

# DEDICATIO.

*Quidquid habet tellus, quod pontus & educat aether,*

*Ut satient avidam vix satis apta famem.*

*Quo miseros tandem ventris furiosa libido,*

*Ambitioque gulae quo scelerata trahet?*

*Non fuit haec quondam mundi melioris imago,*

*Dum populus simplex, dum novus orbis erat.*

*Duceret extentum quum gens feliciter aevum,*

*Sanguinis innocui non maculata notis.*

*Sponte sua tellus, nullo cogente colono,*

*Delicias domino quum daret alma suo.*

*Aurea Saturno dignissima secula Rege,*

*Ire sed illa diu crimina nostra vetant.*

*Tempora mox subeunt Argentea, moribus at qui*

*Contulerit nostris, aurea iure putet.*

*Hostia saepe Deo quamvis iugulata cadebat,*

*Grande tamen mensis adposuisse nefas.*

*Ferrea progenies nos prob dolor! omnia ventris,*

*Omnia sunt rabidae facta rapina gulae!*

*Quid meruere boves, animal sine fraude maligna,*

*Et patiens operum, quid meruere boves?*

# DEDICATIO.

*Quid placidae meruistis oves , genus inque tuendos  
Natum homines , placidae quid meruistis oves ?  
At neque cornigerum satis est prosternere taurum ,  
Tinguitur & vituli sanguine culter atrox.  
Nec minus , & carae genetricis ab ubere rapta ,  
Carnifici mitis caeditur agna manu.  
Tuque excluse tuo nondum feliciter ovo ,  
(O vere innocui) viscera , pulle , reple.  
Gaetulis equidem non vita leonibus illa ,  
Vita nec Armeniis tigribus illa placet.  
Frondebis & viridi contenta ferocior herba ,  
Spernit sanguineas bestia quippe dapes.  
Quaeque vorat carnem truculentior , illa vicissim  
Vix etiam terrae tangere germen amat.  
Regula sed vitae reliquis animantibus esse  
Qui debet , sed homo solus utrumque vorat.  
Atque utinam pecudum possent exempla movere !  
Mitius ut vivat quas imitetur habet.  
Venantur corvique truces , milvique rapaces ,  
Munera sed Cereris blanda columba petit !*

*Et*

# DEDICATIO.

*Et lupus , & rabidi saturantur carnibus urfi ,*

*At cerva , & mitis pascua tondet ovis.*

*Fortia neve putes animantia sanguine pasci ,*

*Debilia herbis graminibusque frui.*

*Alite cristato nihil est animosius , & quid ,*

*Dic mihi , belligero fortius exstat equo ?*

*Plebeias animas epulae sed forsitan istae ,*

*Non tamen heroas semideosque decent !*

*At Curti quid erat mensa frugalius olim ,*

*Quum Reges forti vinceret ille manu ?*

*Fabriciusque struens tostis sibi fercula rapis ,*

*Hostibus invictus muneribusque fuit.*

*Quid moror at veterum veneranda exempla Quiritum ?*

*Non generosa minus Patria cara dabit.*

*O vere Batavi quondam , quum simplice victu*

*Staret in intrepidis visque vigorque viris !*

*Utque pudor nullus cyathos vacuasse capaces ,*

*Vel sic in pretio mensa modesta fuit.*

*India tum nondum mittebat aromata , vires ,*

*Prob dolor ! & patrias quae populantur opes.*

# DEDICATIO.

*Quid nova morborum querimur modo nomina stulti ?*

*In lautis habitant lancibus illa mala !*

*Utere iure Tuo , dicis , dominemur oportet ,*

*Omnia sub nostris legibus ire decet !*

*Blandimur temere nobis , vanaque superbi*

*Ignotum premimus nobilitate genus.*

*Quam si forte velis nostrae componere gentem ,*

*Nominibus multis anteferenda venit.*

*Si tamen infirmum iugulare potentior hostis ,*

*Viribus & possit pro ratione frui :*

*Ista velint animae viles , ignobile ventris*

*Haec sibi mancipium scriptaque iura putet !*

*Rusticus , ut duros possit tolerare labores ,*

*Latranti stomacho fercula dura paret.*

*Altius at si quis divino semine cretus ,*

*Gaudeat humanis exseruisse caput :*

*Hunc saltem tetri contagia dira veneni*

*Effugere , & vulgi damna cavere decet.*

*Haec meus , ut veteri possit suadere sodali ,*

*PORPHYRIUS docta nobilis arte , studet.*

*Somnia*

# DEDICATIO.

*Somnia Philosophi si quis putet illa profani ,  
Iamque suis libris nolit habere fidem.  
Illum quis nescit , cui vilior esca locustae ,  
Et mel , quod foliis depluit arbor , erant ?  
Christicolisque dapes nunquam tetigisse macelli ,  
Ut fuerit sanctae religionis opus !  
Sed quid ego laudem , quae non imitanda putemus ,  
Pendet ab arbitrio caussa nec ista meo.  
Arbitrii res illa mei quod si tamen esset ,  
Illa semper ego vivere lege velim.  
Contento generosa bonis quae Patria praebet ,  
Det mihi magnificas mensa Batava dapes.  
Muneraque Hesperii , curem nihil orbis Eoi ,  
Qua lurco ignotos condiat arte cibos.  
Nempe Deus caeli tractus , terrasque patentes  
Montibus atque mari fluminibusque secat.  
Circumscripta suo gens limite quaelibet , intra  
Ut contenta datis disceret esse bonis.  
Quidquid id est , veteres laudamus , at utimur annis ,  
Quos bona nascendi forsque , Deusque dedit.*

*Vos*

# DEDICATIO.

*Vos modo , grande decus Patriae , quos curia Patres  
Iaciat , pars Clarii praesidiumque chori.  
Accipite haec , PROCERES , placido munuscula vultu ,  
Pignora sint animi qualiacunque mei.  
Vilia forte putent , indignaque nomine tanto ,  
Ipse sed est caussam qui mihi Malchus agat.  
Non adeo Superis Magnesia pompa placebat ,  
Quam data rite tua tura , Clearche , manu.  
Liba dabat Docimus parvi pia cultor agelli ,  
Gratior haec centum victima bubus erat.  
Mite patrocinium nec forte negabitis illi ,  
Quo non in veteri doctior orbe fuit.  
Ut colitis , pulcras sic namque fovetis & artes ,  
Nec finitis proavum nomina clara mori.  
Scilicet haec urbi debetur gloria vestrae ,  
Prima facem ingeniis praetulit illa bonis.  
Nondum finitimis ea lux fulgebat in oris ,  
Belgica nec tantum noverat ipsa decus.  
Leidaque erat nondum , nostraque Hadrianus in urbe  
In patria quas non inveniebat opes.*

*Hospi-*

# DEDICATIO.

*Hospitium placidis iam clara DAVENTRIA Musis  
Praebuit , & summos fovit ab arte viros.  
Undique iam Salicas studiosus adibat Athenas ,  
Disceret ut terso cultius ore loqui.  
Sexcenti Iuvenes , doctae pia cura Minervae ;  
Servabant alacri moenia nostra manu.  
Sed fuimus Troës ! fuit haec prob gloria quondam !  
Deferuit nostros Pallas iniqua focos.  
Forte , videns alibi sibi splendida templa dicari ,  
Noluit in fano paupere Diva coli.  
Certa tamen superant priscae vestigia laudis ,  
Illa nec ex toto fama sepulta iacet :  
Maiores nec in arte viros Europa ferebat ,  
Nuperius quales nostra cathedra tulit.  
Graeviadis testor manes , cineresque Gronovî ,  
Et cineres testor , magne Cupere , Tuos.  
Nunc & Apollineum ne sit sine nomine templum ;  
VESTRA , Patres patriae , cura favorque facit.  
Nunc quoque . . . . viventum sed Musa molesta pudori  
Cur mea , me solo deficiente , foret ?*

\* \*

*Per-*

# DEDICATIO.

*Pergite , Praeclari PROCERES , quos Numina servant ,*

*Ut patriae certam ferre queatis opem.*

*Quasque resumfistis trabeas & nuper honores ,*

*In seros annos continuare velint.*

*Quid mereatis enim laeti sentimus , at illa*

*Dicere , non venae est pauperioris opus.*

*Femina Palladium bene condidit una Lyceum ,*

*Quis putet hoc tantos nolle fovere viros!*

LE-

# LECTORI AEQUO

SALUTEM DICIT

IACOBUS DE RHÖER.

**T**andem itaque per textam dedi telam, ad quam quum primum accederem res paene mali ominis esse videbatur. Aureis enim, quos passim adpellant, *Porphyrii* libris saepius quidem manum admovent Viri Praestantissimi, sed inuito semper conatu. Equum Seianum agitare, ut dicebat ille, aut Fulviam, fatalem maritis uxorem, duxisse videbatur, qui Tyrio Philosopho operam addixerant. Ex eorum numero fuisse MERICUM CASAUBONUM e notis ad *DIOGENEM LAERTIUM* L. II. Segm. 7. didici. THOMAS GALEUS promittit, in notis ad *Iamblicum* de Myster: Sect. V. cap. 4. DAVISIO, LAKEMACHERO, LA CROZIO, Viris Excellentissimis, idem sedisse consilium, res est testatissima. Sed nemo forte meliori hanc in rem adparatu usus fuit quam IOANNES FRIDERICUS THOMAS, Gymnasii Suidnicensis in Silesia Rector. Ipse certe significabat, se multas manu scriptorum collationes in promptu habere: atque inter illas Vaticanum quoque exemplar, antiquum & elegans, uti e Thesauro Epistolico Inlustris LA CROZII Tom. III. p. 225. novimus. Ille ipse LA CROZIUS suas ac PETITI observationes cum THOMA communicaverat. PETITI tamen illa pauca admodum erant, & nisi meliora fuerint illis, quae tetigi ad Lib. I. §. 42. de *Malcho* Nostro haud praeclare fuisset meritis. Accepit quoque THOMAS GALEI animadversiones & emendationes, quas ad Auctoris exemplum manu sua adleverat, uti *Idem* Thes. Epist. T. I. p. 340. & T. II. p. 122. nos conducet. Multis praeter haec adiumentis usus fuit, quod ex ipsius literis ad Eruditiss. SIBERUM datis, (quas in calce huius Editionis invenies) intelligi potest. Mihi quidem adeo felici esse non licebat, ut anecdota illa sperare possem, vel sic tamen haec viam conmonstrabant, qua eundum esset, si quid subsidii invenire vellem. Ea in re quid moverim ac promoverim paucis accipe.

Vaticanum exemplar, cuius modo memini, cum cuperem vehementissime, non melius id urgere posse mihi persuadebam, quam per PETRUM WESSELINGIUM, admirabilis eruditionis virum, quem nondum eluximus, ob damnum quod fecerunt literae nostrae, & ego in primis in morte Praeceptoris optimi, qui, quod de *Porphyrii* Magistro, *Longino* dicebant, βιβλιοθήκη τις ἦν ἐμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Nec temere, licet eventu parum felici, sic opinatus fueram. Adponam partem epistolae qua id mihi indicabat Vir Humanissimus. *Haud scio an significatum Tibi fuerit, me Cardinalem Bibliothecarium ALBANI rogitaſſe, ut inquirendum iuberet, utrum ſchedae Porphyriani libri in Va-*

*tica.*

# P R A E F A T I O.

*ticanis essent forulis, & si inibi haberentur, ut mea causa conferendas curaret: Reposuit Vir Eminentissimus, in pluteis Vaticanis nullas esse, idque dolori sibi cedere &c. Et quamvis Codicis MS. Vaticani integram descriptionem se a Bibl: Vindebon: Praefecto accepisse scribat Thomas Epist. III. de Porph: Apost: frustra tamen inde quoque auxilium speravi. Ita enim mihi rescribendum curavit Inlustr: SWIETENIUS, Porphyrrii libellum περι ἀπ. ἐμφ. extitisse aliquando in Bibliotheca Aug: persuaderi non possum, cum & olim iam, & nunc praesertim, quam diligentissime perquisitum a me & investigatum nondum etiam reppererim, quam ob rem vehementer mihi quidem dolet perscribi laetiora non posse.*

Nec meliori successu per Amicum Parisiensem Bibliothecam Regiam, eamque Benedictinorum excuti curavi; significabat enim mihi Vir Doctissimus, praeter B. FELICIANI versionem, nihil quod rarum esset, aut quo carerem, ibi inveniri: cum Thomas tamen eadem in Epist: testetur, habere se variantes lectiones Codicis Regii Parisiensis.

Sed, quod frustra quaesiveram in Gallia, inveni in Hollandia. Summas debeo gratias Viro Excellentissimo, nec honoribus quam eruditione & meritis inlustriori, G. MEERMANN, qui mihi indicabat in thesauro illo literario, quem sibi e Francia adquisiverat, esse etiam codicem Mscriptum Porphyriani operis, quem, ut cum editis conferrem, ut est incredibili ad literas promovendas studio, usui meo obferebat. Codex est chartaceus, in Fol. minori, non quidem pervetustus, bonae tamen notae. Titulus ita se habet. Πορφυρίου Φιλοσόφου περι ἀποχῆς ἐμφύχων βιβλία τρία. ἔτι δὲ καὶ Πυθαγόρου βίος, καὶ περι Ἀλεξάνδρου μικρὸν τεῦχος. Id est, Porphyrii Philosophi de rerum animatarum distantia libelli tres. Ad haec Pythagorae vita, & de Alexandro Magno mutilum opusculum. Vides perperam significari argumentum, & tres libros dici, cum sint, quatuor. Mutilum istud opusculum de Alexandro M. nomen non praefert, est autem Arriani, sed tredecim tantum capita prioris libri complectitur. Tum subiungitur Ταύτην ἀνέγνωκε Ναυλῶτ ὁ Κοιλάδευς ἔτει Σωτήρος Χριστοῦ (α. φ. ο. γ.) 1573. & sic iterum in calce Codicis, nisi quod ibi Ναυλῶτ ὁ τῆς Κοιλάδος adpelletur. in summa pagina legitur: Coll: Parisi: Societatis Iesu. Animadverti Codicem illum in plerisque consentire cum Lipsiensi, (de quo statim) immo eadem paene quae ibi scholia in margine leguntur. Et sic firmari saepe gaudebam lectionem Lipsiensem, quae verior fuerat visa, saepe firmari etiam coniecturas, mihi vel aliis subnatas, licet in multis quoque incertum me reliquerit.

Aliquid auxilii praestitit Britannia. Quum enim DAVISIUM, Virum Praestantissimum, huic operi manum admovisse, neque istud tentasse crederem sine codicum Manuscriptorum ope, bibliothecarum catalogos, ecquid inde sperari posset, consulebam. Erant autem tantum in bibliotheca Bodleiana duo manuscripti codices, quos Davisius cum editis comparari iusserat. Sed non sine poenitudine, quae ex pecunia sine fructu profusa ad ipsum redierit, ut ad I. C. WOLFIUM scribit HUDSONUS Thes: La Croziani T. II. p. 99. Alter certe codex recens est,

# P R A E F A T I O.

est, ac vitiose scriptus, qui librum priorem tantum continet, alter paullo quidem vetustior meliusque scriptus, sed qui secundum modo librum complectitur. Utriusque collationem mecum communicavit Vir Eruditissimus & Amiciss: S. DE VRIES, qui ante aliquot annos eruditum iter per beatam illam insulam fecit, codicesque illos cum editis contendit.

Multo felicius res successit in Germania. Haud levibus de causis suspicabar in supellectile libraria I. A. FABRICII, Viri Excellentissimi, fuisse quaedam, quae ad *Porphirii* salutem pertinerent. Adii itaque magni FABRICII magnum generum, HERM. SAM. REIMARUM opemque eius inploravi, si quid haberet, quo conatus meus promoveri posset. Rescripsit humanissime Vir Eximius, cuius verba adponam, ut rem omnem cognoscas. *Utinam & ego possem aliquid symbolae conferre: nihil tam reconditum foret in meis scriniis, quin Tibi usurpandum transmitterem lubens. Verum in Fabricianis, quas quidem asservo, schedis nihil ad hunc librum subsidii superest, neque adfuisse unquam aliquid arbitror. Attamen ne omnino spem Tuam destituisse videar, scribam ad amicum Lipsiensem, qui mihi, ut spero, vel Tibi potius in rem communem collaturo, hanc operam non denegabit, ut Codicem MS. qui est in Bibliotheca Paulina, cum edito exemplari contendat, &c.* Nec decolavit ista spes. Vir Praestantissimus, & multis ingenii monumentis celebratissimus, IO. IACOBUS REISKIUS illam provinciam in se suscipiens, diversas Codicis Lipsiensis lectiones diligenter adnotavit, ac mecum communicavit. pro quibus beneficiis me Viris illis Praeclaris summo opere obstrictum esse publice profiteor, paria relaturus, si ulla se dederit occasio. De ipso codice ita Clar: REISKIUS: *Non est ille quidem optimae notae neque pervetustus, ne vetustum quidem appellare ausim. haud scio, an typographicae artis natalibus sit posterior. chartaceus est, illo chartae genere, in quo excusi sunt codices auctorum Latinorum a Vindelino Spirensi & aequalibus eius in Italia evulgatorum. In mendosissimis item quibusque locis spem nostram destituit, nihilo vulgatis editionibus emendatior. Sed insunt tamen vel sic illi codici quoque lectiones, neque illae paucae numero, ita bonae & exquisitae, ut eas illinc eruisse non poeniteat &c.* Non multum ab his abit testimonium Doctiss: L. SIBERI in Epistola ad IO. FRID: THOMAM Misc: Lipsiensi: T. I. p. 339. Neque hic substitit REISKII studium. Ut est incredibili diligentia, & ingenio admodum foecundo, de plerisque non tantum iudicium addidit, sed & ingentem emendationum suarum copiam *Philosopho* adfudit. Idque eo tempore, quo belli atrocissimi calamitatibus res publica & privata Viri Doctissimi erat implicata, quibus tumultibus ingenii aciem non hebetatam saepe mirabar.

Gratias quoque debeo Celeberr: F. L. ABRESCHIO, qui, qua est humanitate, multas observationes quas codici suo adscripserat, mecum communicavit, easque suo loco insertas videbis.

Tandem nihil unde lux aequae adfulgere possit MALCHO, magis commendant Eruditi, quam I. BERNARDI FELICIANI versionem, quae prodiit Venetiis MDCCCLXVII. Hanc sine dubio significat M. CASAUBONUS in notis ad *Diogenem* L. II, 7. unde plurimis in locis emendatum scriptorem publicare decrevit. Idem

# P R A E F A T I O.

consilium GALEO, in notis ad *Iamblichi Myst.* V, 4. Verissime LA CROZIUS ad MOSHEMIUM T. III. Thes. Epist. p. 225. *iterum moneo, Porphyrii librum nunquam gratum fore Eruditis omnium gentium, nisi prodeat una cum versione B. FELICIANI, quae etiam multis in locis perquam commoda invenietur emendando Graeco contextui.* Istud consilium secutus fui, debuitque adeo ineptissima illa F. DE FOGEROLLES, eaque paullo melior Io. VALENTINI, FELICIANO locum cedere. Licet enim ille parum pressus & redundans, nec eam tamen quam prolixitas quaerit, perspicuitatem consecutus dicatur Celeb: P. D. HUETIO, de Clar: Interpret: L. II. p. 222. nec inesse perfecte ipsi dixerim omnes illas dotes, quae verum efficiunt interpretem, quo pertinet religio in exponendis sententiis, fides in exprimendis verbis, in exhibendo colore industria, perspicuitas, elegantia, sed quae Auctori, eiusque characteri respondeat, & quae alia sunt huius generis, plerisque tamen earum commendatur, ceterisque palmam praeripit. Codice etiam multo meliore, licet nec illo perpurgato, quam alii usus fuit, ideoque pro scripturae integritate haud raro testimonium dicit. Id dolebam saepe, quod sensum expressisse contentus, in dubio reliquerit lectorem, quam vocem invenisset. Nollem quoque secutus fuisset malum interpretum exemplum, ut versus Auctoris in metrum cogant, inde enim dubium plerumque quid legerint.

Accedo ad Editiones. Opus nunquam satis laudatum, ut dicam cum L. HOLSTENIO in Vit. *Porph:* c. 8. magnum Italiae decus PETRUS VICTORIUS in lucem protulit Florentiae Anno CIO. IO. XLVIII. una cum eiusdem *πρὸς τὰ Νοητὰ ἀφορμ.* & MICHAELIS EPHEsii *σχολ. εἰς τέσσαρα τοῦ Ἀριστοτ. περὶ ζώων μορίων.* Addidit VICTORIUS observationes aliquas, sed quae occupantur fere in solo *Eusebio*, cuius nequidem omnia loca, quae e Nostro sumferat ille, comparavit, idque aliquando non admodum accurate, E. Gr. L. IV. § 11. ne quidem monens ea omnia e *Iosepho* in sua rura derivasse Porphyrium.

Principem illam Editionem secutus est F. DE FOGEROLLES, Consiliarius & Medicus Regis Galliae, qui e Graeco exemplari facta versione Latina, scholiis & praefationibus illustrata, ut dicit, publicavit Lugduni in Gallia, (non Lugduni Batavorum, ut putabat *Weinrichius* Misc. Lips. T. IV. p. 176.) anno praecedentis seculi vicesimo. Ille quid praestiterit docet nos in Epistola Dedicatoria, (quam integram huic Editioni praefigere nolui, ne patientia Tua, L. B. abuterer) dicam ipsius verbis. , Porphyrium Graecum scriptorem e tenebris erutum per otium vertendum suscepimus, in qua versione sententiarum, magis quam verborum ductum exprimere maluimus. Difficile est enim, (inquit D. Hieronymus) alienas linguas persequentem, alicubi non excidere: arduum quoque praeclarè dicta eundem decorem interpretationi conservare: significatur aliquid unius, verbi proprietate, non habeo mecum, quo id efferam: & dum quaero implere sententiam longo ambitu vix breviam spatia dimetior. Accedunt Hyperbaton anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum, ipsa postremo proprietas, quam si ad verbum interpreter, absurde resonat, si ob necessitatem, aliquid in ordine in sermone mutavero, ab Interpretis videbor offi-

cio

# P R A E F A T I O.

cio recessisse. Quantum vero ad Graeci contextus integritatem diligentiam, que in lectione purganda adhibitam pertinet, non inficiabor Petrum Victorium tantam studii in illis emendandis posuisse, ut multum auxilii Porphyrio tulisse videatur: quamvis non omnes maculas deleverit, nec manca nonnulla loca restituere potuerit, quae inscitia superiorum temporum vitioque Librarianorum irrepsere. Ego tamen post illum magnum mendarum numerum inveni, quarum series in margine operis est a nobis annotata, & ab alio in posterum maiorem annotari posse non dubitamus.

Adiunxerat quoque *Synopsin Apoches Pythagoricae* versibus expressam, & Dissertationem duplicem, de *virtutibus Heroicis*, & *Christiana Abstinencia*. Neque has observationes neglexi, cum ubivis aequae ineptas haud putaverim. Quid tamen de hominis industria iudicandum sit, dicat HOLSTENIUS loco excitato: BERNARDUS FELICIANUS egregie expressit *Latino sermone: quo neglecto, nuper in Galiliis nescio quis, ineptissima versione, vel delirio potius perpetuo optimum opus pessime contaminavit. Ut inter omnes malorum species, quibus iratum numen Porphyrianos manes nomenque hactenus pressit, hanc facile principem ducam, quod in tam mali medici manus inciderit.*

Postrema, quod sciam, Editio est IOANNIS VALENTINI, quae cum nova Eius versione prodijt Cantabrigiae anno quinquagesimo quinto seculi superioris. Subiunxit *Annotatiunculas*, ut vocat, quae hic etiam legi debuerunt; nisi quod omiserim unum & alterum locum, in quibus operarum errores corrigebat. Perperam P. PETITUS Observ. L. I. c. 5. & alii versionem hanc L. HOLSTENIO tribuunt. Quid vero de Valentini meritis statuendum sit, ex ipsius praefatione optime colliges. *Omnibus auxiliis se destitutum fuisse queritur, & ne Latinum quidem interpretem ab HOLSTENIO memoratum vidisse. Codices MSS. nullos parare se potuisse, & Florentina tantum atque Gallica editione fuisse usum.* Id pessimum, quod lectiones, quas ipse extuderat, passim contextui infarciret, & sanissima corrumpens ingereret illa, quae in ipsius cerebello nata fuerant. Primus ille in *sectiones*, seu paragraphos libros hos descripsit, cum *argumenta* iam praefixisset FOGEROLLAEUS, quae sequebatur plerumque VALENTINI, neque haec mihi expungenda erant, tum propter usum quem praestare queunt, tum quia in notis aliquando inlustrantur.

His ego subsidiis adiutus operam addixi libris, quos scripsit Philosophus ad *Firmum Castricum*, Amicum & condiscipulum suum, ut ab errore eum revocaret, confutaretque illa, quibus *Heracledes Ponticus*, *Hermachus Epicureus* alique, & speciatim *Claudius Neapolitanus* *κρωφάρια* propugnauerant.

In textu constituendo secutus sum *Editionem Cantabrigiensem*, ita tamen, ut, quae ille temere infuderat, eraderem, & ubi manifeste erraret, veriora substituerem, nunquam tamen, nisi codicum auctoritas addiceret. Placent mihi illa Politissimi D'ORVILLII in Praef: *Chariton*: ut melius mereri hodie posse haud quaquam videantur Viri Eruditi & cordati de antiquis scriptoribus, quam si pro virili se opponant licentiae, qua nunc periti & inperiti, iuvenes, senes in sollicita-

## P R A E F A T I O.

citandis saepe etiam sanissimis locis abutantur. Si quid luxatum aut corruptum videretur, ut sunt in quibus solo ingenii remigio utendum est, in notis indicavi. Signis distinctionum, aut accentu, quem vocant, inmutando, ut haud raro accidit, locus si posset instaurari, minus scrupulose egi, nullum enim inde Auctori periculum.

Linguae & stili prima habenda fuit ratio. Atque hic quidem in Atticum dicendi genus inflexus, durior autem, tempori & argumento adcommo-  
tus. Locutiones ipsae elegantes saepe, nec ab exemplo optimorum scriptorum discedentes, ut in notis passim observatum est. Traiectiones autem, seu hyperbata nimis sunt frequentia. Licet enim lingua Graeca & Latina non subiectae sint, instar hodiernorum idiomatum servili & uniformi isti vocabulo-  
rum ordini ac seriei, tamen non omnia licet miscere ac conturbare, nisi in compositionis elegantiam & perspicuitatem peccare velimus, ut alicubi bene D'ORVILLIUS. Res neglecta saepe castigationes minime necessarias peperit. Quare non amat illos qui ad corrigendum, quam ad legendum veniunt exercitiores. Saepe emendationis praeceptae laudem integram inlibatamque transcripsi aliis, qui ante me, ut in libro huius notae fieri debuisset nemo paullo humanior ignorat, idem viderant. Neque occasionem captavi auctores alios emendandi, nisi ultro se offerret locus, quo carere non poteram. non enim sequor eorum consilium, qui adversaria sua ubivis expromere amant, quod vere est miscellaneas observationes uni alicui auctori subicere. Cum Auctore Erudito per varias eruditionis partes evagari debui, cavendum tamen erat, ne in locis communibus, quae vocant, haererem, dum publica illa horrea omnibus quotidie patent. Nec in libris hisce sine animi voluptate me versatum fateor. Sua cuique pulcra: mihi scriptores illi, qui res ad memoriam insignes, mores, ritus, religiones, vitae praecepta tradunt, quo in genere *Malchum* Nostrum excellere omnes sciunt. Bene de illo BRUCKERUS Hist. Crit. Phil. T: II. p. 257. *dici non potest, quantam veteris doctrinae atque historiae cognitionem sibi comparaverit, quos Auctores legerit, excerpterit, fragmenta servaverit. Quibus si per iudicii mediocritatem, & superstitionis atque detestandae fallacisque philosophiae, quam sequebatur, vanitatem recte uti licuisset, non haberemus forte in tota antiquitate, quem praeponeremus Porphyrio.* Nemo praeterea religionis nostrae & Ecclesiae ritus, quales illi quondam erant, & unde originem duxerint intelliget, nisi illum & alios Platonicos praeceptores habuerit. Profecto qui magno studio in futili aliquo scriptore occupantur, vix secus rem instituere mihi videntur, quam si frigidam & insulsam aliquam naeniam, quarum adco ferax est haec aetas, post aliquot secula sibi inlustrandam & exponendam quis fumeret. Laboriosiore tamen ac putaram provinciam expertus fui. Nam cum in Platonis ac Pythagorae placitis bene te versatum putes, illico saepe tenebrae obfunduntur per recentiores, quos dicunt, Platonicos. Postquam enim Pythagorica Philosophia se infuderat Platonicae, illi, licet nihil capite suo divinius atque excellentius ducant, saepe tamen magistrum suum defe-

# P R A E F A T I O.

deferunt, religionis causa id cum postulare videretur. Quod in Nostro aliquibi *Augustinum* notare memini. Immo ipsi illi etiam dissident haud raro inter se, uti suo loco observatum videbis. Et tamen in hisce libris multa invenias, quae vel sic satis, sive loquendi formulas, sive praecepta ipsa consideres, a sacris nostris haud multum aliena videri possint. Id nemo mirabitur qui Auctorem noverit, ac quae contra Christianos molitus fuerit recordetur. Hoc nempe illi etiam cum aliis huius familiae philosophis commune fuit, ut multa sumentes a Christianis (per quos tamen profecisse videri noluerunt) commento hoc eos circumscribere studerent, quasi dissidium tanti non esset; suisque ostendere, necesse haud esse, ut ea, quae in religione nostra tanquam saniora laudarentur, e scholis Christianorum peterentur, cum eadem illa a Philosophis traderentur, uti a viro Eximio, I. L. MOSHEMIO in Dissert. de *Turbata per Platonicos Ecclesia*, praeclare observatum memini. Vellem, praeter cetera illa quae nuperius hac de re monuit Cel. ERNESTI, splendidum illud Germaniae lumen, id in memoriam vocarent illi, qui N. Test. tabulas cum huius generis scriptoribus componere amant; ne verborum similitudine in errorem induci se patiantur, cum illi omnia alia huius modi dictis significant.

Sed & conferendi mihi fuerunt auctores vetusti, *Plato*, *Iosephus*, *Plutarchus*, e quibus multa sumsit *Porphyrus*, aliorumque fragmenta, quibus usus fuit, conquirenda. Haud levis quoque opera dando antiquis Theologis, qui Porphyrianam suis inseruerant, *Eusebio*, *Cyrillo*, *Theodoreto* atque *Hieronymo*. Posteriorem illum multa sumsisse e Nostro in suis contra Iovin: libris nemo mirabitur, qui utrumque eandem paene causam, sed diverso scopo, propugnasse meminerit. Audiamus ipsum L. II, 7. *Quid ad nos quorum conversatio in coelis est, qui super Pythagoram . . . qui repugnantem carnem, & ad libidinum incentiva rapientem, inedia subiugamus? Esus carniū & potus vini, ventrisque saturitas, seminarium libidinis est.* Quare, quo frequentiores illos in citandis testimoniis invenerim, eo facilius vera lectio instaurari potuit, quorum si meminissent multi, temere Porphyrianam scripturam aut non sollicitassent, aut aptiori remedio sanassent.

Intelligis iam magna ex parte, B. L. ecquis fuerit qui nobis haec otia fecerit. Patrio is sermone dicebatur *Malchus*, quod nomen patri quoque fuerat. Id vero cum Graecis auribus insolens atque barbarum accideret, *Longinus*, Eius praeceptor, *Porphyrum* dixit, a purpura, colore vere regio, id enim *Μάλαχος* Syrorum dialecto significabat. Sed mihi in huius vita versandum non est, data opera de illo egit Eruditissimus L. HOLSTENIUS in Dissert. de *vita & scriptis Porphyrii Philosophi*.

Iudicia ideoque, & testimonia non conquisivi, contentus, ut a prioribus Editoribus factum fuerat, Philosophi vitam & Operum indicem ex *Eunapio* & *Suida* praefigere, una cum versione *Feliciani*, qui pauca ex *Eunapio* adiecit, quae alii Editores intacta reliquerant.

Dissertationem HOLSTENII I. VALENTINI editioni suae adiunxit, atque a FABRICIO

\* \* \*

# P R A E F A T I O.

BRICIO etiam T. IV. Bibl. Graec. vulgata fuit, huius itaque editionis molem ut auget, necesse haud fuit. Magna quoque diligentia hoc in argumento versatus est Vir Insignis, I. BRUCKERUS Hist. Crit. Philof. T. II. p. 236. qui nec intactam liquit quaestionem, quae inter doctos agitata fuit, an Christianae religioni nomen cum dedisset Philosophus, ab illa defecerit deinceps, uti scriptores aliqui Historiae Ecclesiasticae significare videntur. Id secum reputans Doct. I. F. THOMAS Editioni suae praefigere decrevit Dissertationem de *Porphirii apostasia*, qua demonstraturus erat, sacra Christiana Philosopho nostro cognita ac familiaria fuisse, non vero, uti LA CROZIUS alique opinabantur, eum a religione Christiana ad Platonismum descivisse. Vid. *Thef. La Croz.* T. I. p. 341. Ille quidem conatus successu caruit, uti modo dictum est, supersunt tamen Epistolae, quibus THOMAS & SIBERUS, Viri praeclari, hoc argumentum discussissent, publici iuris factae T. I. Miscel. Lipsienf. Nov. quas ut illius consilio mos gereretur, huic Editioni subiici volui.

Crediderim paene Porphyrium simulasse per aliquod tempus animum a religione Christiana haud alienum, ut solebant callidi isti homines, loquendi etiam formulas doctrinamque ipsam Christianorum praeceptis adcommodare, ut eo melius incautos circumvenirent. Hinc orta persuasio sacris illis nomen dedisse Philosophum, sed a quibus, Platonismi causa id exigente, resiliabat. Ideoque forte Imperator Constantinus Arianos publico edicto Porphyrianos vocari voluit, de cuius cognomente ratione Eruditos dissidere video. Res ipsa traditur apud *Socratem* H. E. L. I. c. 9. & in *Leg. Ultim. Cod. Theodosi*: de *Haeret.* & *Leg. 6. Cod. Iust.* de *Haeret.* Manich. & Samar: certe si ibi, ut *Clar.* HEINECCIO visum fuit, alio modo interpungas quam fieri solet: *Sed quem ad modum Ariani ab Ario, lege divinae memoriae Constantini, ob similitudinem impietatis Porphyriani, a Porphyrio nuncupantur.* Cavere volebat Imperator, ne sub specioso nomine credulis inponeretur. Accesserint sane aliae causae, quae apud *Socratem* legi possunt, in lege tamen ista id diserte traditur, *ne Christianorum appellatione abutantur.* Arius quippe Christianorum numero censeri quoque voluerat, sed quo illum passim eximunt veteres Theologi.

Denique fuerunt etiam qui Porphyrium sub extrema vitae Christianae religioni nomen dedisse putabant, id quod ex *Hieronymi* Chronico colligebant: sed huius opinionis falsitas dudum conmonstrata fuit.

Satis Te diu iam detinui, Lector Optime, unum tamen scire adhuc volo, Latinam versionem Graeco contextui me adposuisse, singulisque in paginis notas subiiecisse, Tuae ut commoditati consulerem. Atque huius quidem instituti causam dicat *Clar. PERIZON:* in Praef. *Aeliano* praemissa. Tu sollemni formula, vale & fave. Dabam Daventriae ipsis Kal. Aprilis MDCCCLXXVII.

# P. V I C T O R I I

## P R A E F A T I O.

---

P E T R U S V I C T O R I U S

*Studiosis Graecarum artium , Graeco sermone  
scriptarum.*

**N**on est e genere eorum hominum Reipublicae nostrae Princeps , qui adumbrati honoris splendore : inanisque gloriae cupiditate capti , res praeclaras , & utiles foli habere uolunt : atque ipsarum possessione caeteris omnibus antestare : contra enim ea uera bona putat , quae communia sunt , & a cunctis , qui se dignos illis praebuerint , obtineri possunt. Hoc , quemadmodum nobis multis modis saepe declarauit , ita nunc consilio hoc suo plurimis gentibus indicabit : instituit enim ueteres scriptores a maioribus suis summa diligentia conquisitos : magnisque sumtibus e Graeciae ruinis incendiisque saeuissimi belli ereptos , diuulgare , atque ita commodis studioforum : memoriaeque doctorum uirorum consulere : qui laboribus suis ingenique excellentia posteris prodesse uoluerunt , & in his curis studiisque aetatem omnem consumserunt : iniquo autem fato diu usi in tenebris latuere ac , quemadmodum ipsi uariis casibus expositi fuere , ita fructus nullos cupidis ingenuarum artium , aut paruos admodum , tulere. Nec solum hos , qui lucem multis seculis non aspexerunt , in medium proferre decreuit , sed etiam non paucos , qui mendosi iam , ac manci excusi sunt summa cura perpurgatos , membrisque suis auctos , ope eiusdem suppellectilis , fidelissimorumque codicum copia , iterum foras dare. Huic igitur rei nunc incumbitur ; operaque datur , ut tam honesta piaque Principis uoluntas , pro dignitate ipsius ac studioforum utilitate , ad exitum perducatur. Interim cupiens ego specimen aliquod huius operis , quod texitur , dare : ac tam laetum nuncium auribus eruditorum primus apportare , nondum tantae rei apparatu confecto , quasi excucurri : ac paruum hoc uolumen edendum curauit. In quo quatuor Porphyrii libri de non caedendis deuorandisque animantibus ualde a nostris etiam auctoribus celebrati : alterque itidem ipsius libellus quo quaestiones quaedam subtiles grauesque de diuinis rebus , ex decretis Platonis , continentur : nec non etiam declarationes Michaelis Ephesii , unius posteriorum Aristotelis Interpretum , in quatuor libros de partibus animantium.

\*\*\* 2

Ty-

## P R A E F A T I O.

Tyrîi philosophi libri ; accurataque de illis rebus disputatio , remota superstitione , mirifice utiles erunt , ob multiplicem ac uariam reconditarum elegantiumque rerum expositionem : ac crebra etiam antiquorum scriptorum uetustate consumtorum , exempla , quibus utitur aut in sententiis suis confirmandis , aut in iudiciis ipsorum , institutisque refellendis. nam exiguus libellus quo uoluit excitare ad res percipiendas , quae animo tantum & ratione cernuntur , totus aureolus est : ac non multis uerbis multam obscuramque doctrinam complectitur. Non ingrati etiam fore putavi Ephesii breuem explicationem , in optimi auctoris libros : quamuis parem illum dignitate doctrinaque Porphyrio minime fuisse non ignorem : & quia partim Aristotelei illi libri obscuri perdifficilesque sunt , & quia a nullo alio quod sciam , Graeco homine illustrantur , excepta Metochitae paraphrasi , quae nondum formis excusa est : nec ullam in partem melior eruditiorque expectari debet. Quod uero ad scripturae integritatem : diligentiamque in lectione purganda adhibitam , pertinet , non inficiabor Porphyrii libros pessime habitos incitata superiorum temporum : uitioque librariorum ualde corruptos fuisse : tantum tamen studii , collatis plurimis exemplaribus , in illis emendandis posuimus , ut multum auxilii ipsis tulisse nobis uideamur : quamuis non omnes maculas delere , nec manca imminutaque nonnulla loca restituere , potuerimus ; fides certe illis nostra diligentiaque non defuit. quod etiam in scholiis Ephesii , magna cum eorum utilitate , praestitimus. Valete ingeniosi , & eruditi uiri , & propediem plura melioraque ab humanissi Principis liberalitate , egregioque ipsius in uos amore , expectate.

# P. VICTORII PRAEFATIO,

*quam notis praemisera.*

S T U D I O S I S.

Cum pluribus spectatis codicibus male habito undique ac neglecto Porphyrio non parum consuluissem, multisque partibus ipsum meliorem reddidissem, tentavi si possem alia uia ei opem ferre, quam etiam non inutilem expertus sum, sciebam enim hinc saepe testimonia fuisse Eusebium Pamphilum, aequalem ipsius, in libris προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς: quamuis non sine causa illum exagitet, atque omnibus contumeliis uexet: eruditione namque Auctoris captus multos, ex his praecipue libris, locos adducit, quibus aut probat, quod confirmare uult, aut falso, praueque ipsum de aliqua re sensisse docet. Fuit enim Porphyrius nostrae pietati, late iam patienti, firmasque radices agenti parum aequus, ac Christiano denique nomini ualde infensus, quamuis in his libris nihil tangat, quod eam laedat: ac potius nostris institutis, moribusque mirifice congruat. ut enim traditam a patribus religionem toto animo probabat, & ab illa fortiter contra aduersarios stabat, ita temperantissimum hominem se praebuit: tenuique admodum uictu contentus fuit: nam uentris, ac gutturi uitiorum ipsum inimicum, acerrimumque reprehensorem extitisse, uiuentemque adhuc e corporis carcere, uinculisque euolauisse, uere dicere possumus. Hoc autem, praeterquam quod ex optima grauissimi uiri disciplina seuerissimaque Plotini domo profectus est, multis etiam sanctissimis praeceptis ab ipso in hoc opere collectis liquido intelligitur: quae causa fuit salutis (ut arbitror) huic subtili, magnaue doctrina refertae scriptiōi: cum alii ipsius labores improbiōis indicis merito perierint, atque ex omni hominum memoria deleti sint. Attendi igitur diligenter cunctos locos, qui citati a Pamphilo sunt, cumque multa magnaue lectionis discrimina in illis offendissem, malui excuso iam Porphyrio, eaque scriptura, quae apud ipsum reperitur, retenta, uarietates omnes hic adnotare: neque enim ne illic quidem sincere cuncta, integreque seruata sunt: quamuis non pauca melius legi uideantur. Quod factum arbitror, quia Pamphili scripta in magno honore apud Christianos homines fuerunt. cum multam lucem afferant nostris rebus: inanesque ritus gentium sedulo refellant. Porphyrii uero hi libri ob iustum odium, quod contra se alio nomine concitarat, diu iacuerint, ac situ pene squaloreque confecti sint. Praeterea non me fallit consuetudo ueterum, qui in exemplis aliorum auctorum ponendis non parua libertate utebantur: ac si sententiam retinuissent, uerba ipsa, ordinemque eorum saepe non curabant. Hanc igitur tutiorem uiam esse ratus, quicquid discriminis apud eum scriptorem in testimoniis ab his libris petitis, animaduertere potui, adnotaui ac breui etiam aliquando in utram partem magis inclinem, indicaui.

\*\*\* 3

I. V A-

# I. VALENTINI

## PRAEFATIO.

**N**on mei est ingenii, amice Lector, aliorum laboribus etsi parum fausto auspicio confectis obrectare. Ut vero intelligas cur novam Porphyrii de Abstinencia versionem susceperim, audias paulisper Clar: Holstenium in Dissert: sua de vita & scriptis hujus Philosophi sic conquerentem. *Scripti fuere a Porpb: de Abstinencia ab esu animalium, lib. 4. opus nunquam satis laudatum, quod Bernardus Felicianus egregie expressit Latino sermone. Quo neglecto nuper in Galliis nescio quis ineptissima versione, vel delirio potius perpetuo optimum opus pessime contaminavit: ut inter omnes malorum species, quibus iratum Numen Porphyrianos manes nomenque haftenus pressit, banc facile principem ducam, quod in tam mali medici manus inciderit.* Tentare volui, bone Lector, utrum ego aliquanto felicius medicum possem agere. Omnibus tamen auxiliis destitutus hanc interpretationem adornavi. Ne Latinum quidem interpretem ab Holstenio memoratum videre contigit. Codices manuscriptos nullos, licet quaesiverim sedulo, parare potui. Impressos duos tantum habui, Florentinum scilicet, & qui eum κατὰ πόνον sequitur etiam ubi pessime ille alter hallucinatur, Gallicanum. Spero nihilominus infinita a nobis sanata esse loca, partim ex Plutarcho, Josepho, & Eusebio, partim ex nostra conjectura: adeo ut non nisi de uno forsitan aut altero loco est cur quis valde queratur. Quod superest Doctiss: Petavii in Ep: ad Lector: Epiphania praefixa verbis claudam: *Tu velim, Candide Lector, ad hanc lucubrationem nostram sic accedas, ut intelligas, neque nihil a nobis hic esse peccatum, sed si quae in illo errata reprehenderis ea pluribus cum bonis, si modo mihi plura bona sint, aut aequalibus, paucioribusve compenses, atque bis fruiare, illis veniam tribuas.*

I. B.

# I. B. FELICIANI DEDICATIO.

---

## A LOISIO MICHAELIO

IOANNES BERNARDUS FELICIANUS S.

Quantum studium a ueteribus moderandis ac componendis moribus semper adhibitum fuerit, perspicuum esse unicuique potest, qui ueterem philosophandi rationem considerarit. Omnes siquidem philosophorum scholae instituendae uitae magis quam contemplandi & cognoscendi causa habitae fuisse conspiciuntur. Id quod & antiqua Pythagorae disciplina declarat, & Socratis postea institutio: e cuius disputationibus omnis ciuilitate & morate uiuendi ratio emanauit: quam cum alii multi, tum duo illa splendida sapientiae lumina Plato & Xenophon gravissime, & elegantissime literarum monumentis posteris tradiderunt. Cum enim homini non tam inueniendi beatitudinem, quam adipiscendi natura insita cupiditas sit: non satis esse Philosophi existimarunt, si in felicitate inuenienda elaborassent, nisi modum etiam excogitassent, quo consequi eam possemus. Sicut autem naturae rerum inuestigatio uiam ad primam omnium causam, primumque omnium auctorem deum inueniendum nobis praemunit: ita uitae integritas ac puritas, quam imitando dei bonitatem in nobis effingimus, facit, ut ad eum possidendum idonei reddamur. Summa etenim bonitatis ac probitatis uis ex eo perspici facile potest, quod nulla neque actio; neque oratio ne apud improbos quidem habet auctoritatem, nisi aut probitas, aut probitatis saltem species aliqua subsit. nam re uera quicquid soliditate probitatis stabilitum ac suffultum non est, id quantolibet ingenio & artificio compositum sit, uanum ac ridiculum, id quod est, tandem apud omnes appareat, ac contemnatur, necesse est. Vnde non immerito Aloisi clarissime licet & generis nobilitate & opibus, & ingenio excellas, ita tamen moderate & sancte uitam tibi instituendam duxisti, ut hanc philosophiae partem quae ad mores spectat, quam philosophiae animam appellare consueuisti, mirum in modum fueris complexus, ut eum decet, qui re uera bonus sit, & *πάν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ διδς ἔργος*, ut inquit ille: id quod & genere uitae quam traducis, tranquillissimo prae te fers, & cogitationibus nobilissimis, quibus quotidie animum tuum a mundiurbationibus, uulgiue colluuiie sublatum conferuas. Qua propter cum illi etiam scriptores tibi summopere placuerint, qui non solum subtilibus & acutis disputationibus ueritatem indagarent, ue-

rum

## D E D I C A T I O.

rum etiam simul uitam hominis ita instruerent, atque expurgarent, ut ad illam τὴν ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ κατὰ τὸ δυνατόν, ut uolebat Plato, mentes nostras attollerent: hortabaris identidem, atque etiam iure tuo mihi imponebas, ac mandabas, ut si quid eiusmodi inter antiquos auctores inuenire possem e tenebris eruerem, daremque operam, in lucem exiret. Ego uero quamuis & aliis occupationibus distraherer, & mediocris eruditionis conscientia deterrerer, mihi non esse tamen committendum duxi, ut mandatis tuis aliqua saltem ex parte non obtemperarem: praefertim cum & eum qui mandaret, maxima obseruantia ac ueneratione prosequerem: & illa qua mandabantur, esse eiusmodi uiderem, ut in eorum perscrutatione uersari non esse maxime utile non posset. Idcirco rem aggressus nonnullos huiusmodi Graecos auctores conquisiui: atque editionem ab hoc Porphyrii opere auspicari uolui, ratus fore ut tum ex auctoris nomine tum ex re qua de agit, non iniucunda plerisque eius lectio sit.

Porphyrius enim & in Platonica & in Aristotelica philosophia adeo celebris habetur, ut uel ex nomine ipso allicere ad se philosophiae studiosos facile possit. Opus autem ipsum uaria ac multiplici refertum eruditione est: de abstinentia enim ab esu animalium cum agat, id non tam Pythagorice, quam Platonice etiam, ac demum theologicè pertractat. Quamuis enim & de animalium iniuria, & de daemonum immundorum ui, quae ex huiusmodi cruentis dapibus latenter attrahitur, ex Pythagoricae, & Platonicae disciplinae decretis, quibusdamque aliis huiusmodi nonnulla persequatur: omnia tamen eo spectant, sicut ipse etiam quasi uidetur interpretari, ut & nutrimento imminuto uinculum animae, quod est corpus, extenuetur, ac debilitetur, quo mens ab affectuum perturbationibus relaxata ascendere ad contemplanda & fruenda diuina liberius queat: & subtractis delicatioribus epulis tum parabilior uictus curam a grauioribus rebus non auocet, tum omnis gulae occasio circumcidatur. Id quod nihil aliud argumenti habet, nisi ut ieiunii & abstinentiae ratio non solum diuina, sed naturali etiam lege comprobata esse demonstretur. Vt autem omnia clarius constarent, non ab re esse duximus, si uitam quoque auctoris ab Eunapio conscriptam conuerteremus, atque operi ipsi anteponeremus. Vale.

O BI.

Ο ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.  
PORPHYRII VITA.  
E COMMENTARIO EUNAPII,

*In quo collegit vitas Sophistarum ac Philosophorum.*

Καὶ τὰ πόπανον. τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ  
τὸ πῦρ

ἅπαν ἐπιτέθεν.

Et sic *Grot.* in *Exc.* p. 719. & *Alphen.*  
IV

§ 18 Propterea ſane etiam figlinis uafis , & ligneis , & uimineis ad publica praefertim ſacrificia uti conſuerant , deos oblectari ipſos rati. Vnde etiam nunc uetuliſſima uafa quae figlina aut lignea fuerint , & ob materiam , & ob artis ſimplicitatem diuina eſſe magis exiſtimantur. Nam Aeſchilum inquirunt , cum fratres rogarent , ut paeana in deum ſcriberet , dixiſſe optima a Tynnicho fuiſſe conſcripta , quo circa ſua ſi Tynnichi hymnis conferrentur , non ſecus fore accepta quam ſtatuae nouae ſint , ſi ueteribus comparantur : illas enim licet ſimplici modo fabrefactae ſint , diuinas haberi : nouas quamuis accurate

§ 18. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς <sup>1</sup> κεραμίοις ἀγγείοις , καὶ τοῖς ξυλίνοις , καὶ πλεκτοῖς ἐχρῶντο , καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δημοτελεῖς ἱεροποιίας , τοιούτοις χαίρειν πεπεισμένοι τὸ θεῖον. ὅθεν καὶ τὰ παλαιότατα ἤδη κεράμια , καὶ ξύλινα ὑπάρχοντα , μᾶλλον θεῖα γενόμεναι διὰ τε τὴν ὕλην , καὶ τὴν ἀφέλειαν τῆς τέχνης. τὸν γοῦν Αἰσχύλον φασὶν , <sup>2</sup> τῶν ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν θεὸν <sup>3</sup> γράψαι παιάνα , εἰπεῖν , ὅτι βέλτερον <sup>4</sup> Τυννίχῳ πεποιήται. παραβαλλόμενον δὲ τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐκείνου , ταυτὸν πείσεσθαι τοῖς ἀγάλλμασι τοῖς καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα· ταῦτα γὰρ καίπερ ἀπλῶς πεποιημένα , θεῖα νομίζεσθαι τὰ δὲ

R 3

και-

IV, 11. ubi vid: magnum Animadverforem. De verſuum integritate conſuli debent interpretes. Bene Latinorum *ius prium* , cum hoc dicendi genere contendit Celsus *Burman*: ad *Ovid*: I. Faſt: 672. Et hoc uti in loco , ſic apud *Aelian*: V. H. XI, 5. iungitur *πόπανον* & *λιβανωτός* , ubi plura de hiſce ſacris *Periz*.

1. Κεραμίοις ἀγγείοις.] Solent fere alii ſubſtantivum per ellipſin ſupprimere. *Suidas* κεραμείον. ἀγγεῖον. τὸ δὲ κύριον κεράμιον , διὰ τοῦ εἰ μὴ πρόκειται τὸ ἀγγεῖον. Sic Noſter ſtatim κεράμια adpellat. debuiffet utique hic κεραμείους legi , ſed εἰ & , in huiusmodi centies confundi alibi diximus.

2. Τῶν ἀδελφῶν.] Τῶν Δελφῶν. rogatum a Delphiis , ut Deum ſuum Appollinem , Delphicum puta , paeane conſcripto concelebraret. REISK. Idem viſum fuit *Fabro* Epift: L. I. p. 187. nec diſſentire videtur *Fabric*: B. G. II, 6, 8. utinam codices addicerent ! ſcribarum certe ſocordia ſaepius caput adpinxit Del-

phis , quo carere debebant , ut apud *Plut*: T. II. p. 965. C. & alios , quos excitat *Weſſeling*: ad *Herod*: V, 72.

3. Γράψαι παιάνα.] Bene , nam *παιάν* proprie hymnus in Apollinem vel Dianam , licet latius etiam pateat , & ad laudes quascunque transferatur. Vid: *Wolfium* ad *Liban*: Epift. 1333.

4. Τυννίχῳ πεποιήται.] Non eſt inventus aliquis eius nominis. Repofuimus igitur Phrynichum. Tragoedum Aeſchylo contemporaneum. VALENT. Forte τῷ Ἰβύκῳ πεποιήται. ſed vid. Fabr: Bibl: Graec: I. p. 615. qui vulgata e Platone defendit. REISK. Et ſic etiam *Menag*: ad *Diog*: L. II, 42. & recte. Laudatur quidem *Platoni* in *Min*: p. 569. *Pbrynichus* aliquis , ſed ille alius eſt. Fuere plures huius nominis , uti e *Fabric*: Bibl: Gr: & V. D. ad *Aelian*: V. H. III, 8. liquere poſtoſt , ſed cum verum auctorem habeamus , circumſpicere alios neceſſe non eſt.

5.

καινὰ, ὃ περιέργως εἰργασμένα, θαυμάζεσθαι μὲν, θεοῦ δὲ δόξαν ἤττον ἔχειν. καὶ ὁ τὸν Ἡσίοδον αὖν εἰκότως τὸν τῶν ἀρχαίων θυσίων νόμον ἐπαινοῦντα εἰπεῖν,

Ὡς κε πόλις ῥέξῃσι νόμος δ' ἀρχαῖος ἄριστος.

§ 19. Οἱ δὲ τὰ περὶ τῶν ἱερουργιῶν γεγραφότες καὶ θυσίων, τὴν περὶ τὰ πόπανα ἀκρίβειαν φυλάττειν παραγγέλλουσιν, ὡς ἀρετὴν τοῖς θεοῖς ταύτην, ἢ τὴν διὰ τῶν ζώων θυσίαν· καὶ ἡ Σοφοκλῆς διαγράφων τὴν θεοφιλῆ θυσίαν φησιν ἐν τῷ πολυεῖδω,

Ἦν μὲν γὰρ οἶδς μαλλὸς, ὃ ἦν δὲ ἀμπέλου.

Σπογδῆτε καὶ ῥάξ εὖ τεθησαυρισμένη·

4 E-

te elaboratas, admirationi quidem ob ar-  
tificium esse, longe minorem tamen in se  
habere diuinitatis existimationem. atque  
iccirco merito Hesiodum ueterum sacri-  
ficiorum legem commendantem dixisse:

*Vi populus sacrum faciat uetus opti-  
ma lex est.*

§ 19. At qui de sacrorum operatio-  
ne & sacrificiis scripserunt diligenti-  
am in libaminibus seruandam praeci-  
piunt, quippe cum ea longe gratiora  
diis sint, quam sacrificium quod ex a-  
nimalium mactatione offertur. Sopho-  
cles item diis gratum sacrificium expo-  
nens in Polyido ita inquit:

*Nam uellus oblatum erat ouis, erat  
uitium*

*Libamen, acini & bene reseruatus la-  
tex:*

Bar-

5. *Περιέργως εἰργασμένα.*] Qualia illa fuerint facile intelliges, si vim potestatemque vocis *περιεργάζεσθαι* consideres. est quippe *cum ouia aliquid elaborare*. hinc passim de summo dicitur & inmodico studio, quod in rem aliquam impenditur, unde *περιεργον* notare coepit, quidquid nimii & supervacui est laboris. Adeant tirones *Periz*: ad *Aelian*: V. H. II, 44. & solet sic *περὶ* in aliis compositis.

6. *Τὸν Ἡσίοδον.*] Vid: *Hesiod*: *Fragm*: vers. 169. sed ubi male haec, quasi *ex Antro Nymphae*. petita, laudantur. Paullo post *διὰ τὸν*, transpositis vocabulis erat in *Edd*: antiquioribus *Lips. Cod.* & *Meerm*.

1. *Σοφοκλῆς διαγρ.*] Sophoclis carmina ibi adducta interpretatus est idem Grotius. VALENT.

2. *Ἦν μὲν γὰρ &c.*] A Sophocle haec accepta inuenias etiam apud alios, sed diverso

modo. Ac primum quidem versum sic resti-  
xi, ἦν δὲ ἀμπέλου, cum antea legeretur ἦν δ' ἀμπέλου. Suadebat hoc & moduli ratio, & *Clem. Alex*: *Strom*: L. IV. p. 476. & *Grotii* in *Exc*: p. 139. qui sic expresserunt, au-  
thoritas. debent haec explicari e lanæ usu in sacris antiquorum, uti *ἔρια καὶ μαλλὸς* saepe iungi solent. Vid: *Hemsterb*: ad *Comici* *Plut*: 1053. *μαλλοῦ* pro *βαλλοῦ* dexterrime restitu-  
entem, & *Porphyrium* egregia luce circumfundentem. Conf: etiam *Castell*: de *Fest*: *Graec*: in *Ἑρσίωνη*, & quo modo his, sed suo arbitrio, in rem suam utatur *Spencer*: *Leg*: *Hebr*: *Rit*: II, 15.

3. *Ἦν δ' ἀμπέλου.*] Forte ἦν δ' ἔξ ἀμπέλου. mox *ἔλαις*, id est *ὄλαις*, nam veteres ο & ω & οὐ promiscue habebant, & *ὄλαι* sunt idem atque *ἔλαι* *κριθαί*. grana hordei a mola nondum contrita. REISK.

4.

Farrago nec non fructuum promiſcua :

Liquorque oliuae pinguis, & faberri-  
me

Apis reſinae fiſtilis cera fauus:

Veneranda autem in Delo erant ue-  
terum monumenta, ex hyperboreis  
manipuligeris. Oportet igitur, ut  
expurgatis moribus ad deos acceda-  
mus

Ἐνὴν δὲ παγκάρπεια συμμιγῆς  
ἔλαις,

Λίπος τ' ἐλαίας καὶ τὸ ποικιλώ-  
τατον

Ἐουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄρ-  
γανον·

Ἐμνὰ δ' ἦν τῶν πρὶν ὑπο-  
μνήματα ἐν Δήλῳ ἐξ ὑπερβορέων  
ἀμαλλοφόρων. Ἐπεὶ τοίνυν καθη-  
ραμένους τὸ ἥθος ἵναί τι βύσονται,  
τοῖς

4. Ἐνὴν δὲ παγκάρπεια &c.] Male apud  
Grosium

Ἐν τῇ δὲ παγκάρπεια συμμιγῆς ἐλαίς.  
Melius Clem: Alex: licet ordine paululum  
turbato, Ἐνὴν δὲ συμμιγῆς ἔλαις παγκάρπεια.  
quod παητικώτερον videri posset. παγκάρπεια  
forte displicuit librario, ignaro utroque mo-  
do multa huius generis efferri. ἔλαια quid  
fuerint Lexicographi docent. eodem redit,  
an sic an ἔλαι scribas. cuius observationis  
neglectus effecit, ut V. D. culpam inpinge-  
ret Lucian: qua eum liberat D'Orvill: ad  
Char: IV, 2. posterius hoc loco metrum  
posulat.

5. Ἐουθῆς μελίσσης &c.] Apud Clem: pro  
ἐλαίας editur ἐλαίου. & ξανθῆς pro ξουθῆς. sed  
posterius illud amant poëtae, ut in Fragm:  
Antiph: apud Alben: X, 15. & infra § 21.  
Apud Schol: Eurip: qui hunc versiculum  
laudat, legitur ξουθοῦ μελίσσης &c. idque a  
Sophocle, non sine causa, profectum puta-  
bat Valkenar: vid: ad Phoenis. Eurip: p.  
622. Eleganter ἔργανον μελίσσης mel dicit.  
ἔργανον ἀντὶ τοῦ ἔργον. V. Schol: Eurip: l. l.  
passim poëtae ἔργα μελίσσης vocant, vid: ad  
I, 21. Nota etiam mellis usum in sacris,  
quem diis gratissimum credebant. V. Wes-  
seling: ad Diod: Sic: V, 62. Secus quam  
Hebraeorum legislatori placuit, sed id non  
pertinet ad hunc locum.

6. Σεμνὰ δ' ἦν τῶν &c.] Solebant antiquis-  
simis temporibus Hyperboreorum sacra in in-  
sulam Delum mitti, manipuli frugum, id-  
que sollempni cum pompa & tripudio. Ἀμαλ-  
λας manipulos frugum notant, & Ἀμαλ-

λοφόρην Ceresi sacra Athenienses fecisse 'e-  
gimus. Speciatim autem intelliguntur bordes  
manipuli, primitias ex bordeo: quos enim  
Noster ἀμαλλοφόρους, Serv: ad XI. Aen.  
858. οὐλοφόρους adpellat. sed de his diversa  
admodum prodita legas, prout auctores ex  
ambitiosis Atheniensium narrationibus, vel  
aliunde hauserint. mihi plura agitant otium  
fecere viti praeclari quos ab interpr. ad  
Harod: IV, 33. hanc in rem excitatos vi-  
deo. Quum vero Delus antea vastata, sub  
Hadriano forte aliquem splendorem reciperat-  
verit, dubitari posset, an ritus iste Porphyrit  
aetate in desuetudinem iam abierit, nec  
ne? Prius ex hoc loco conſicias, & tamen  
infra §. 28. de sacris illis loquitur, quasi  
quae suo adhuc tempore celebrata fuerint.  
Hinc probabile fieri potest, cetera quidem  
monumenta Deliacae male fuisse habita, arae  
tamen, de qua ibi sermo, vim non fuisse fa-  
ctam. Vid: quae disputat V. D. in Observ:  
Misc: Vol. VII. T. I. p. 83. Certe Athenien-  
sibus ab imperatore Hadriano datum fuisse,  
ut sacra ista vetusto ritu administrarentur,  
nescio unde probari possit. Plutarch: utique  
T. II. p. 1136. A. dicit, antiquitus illa sa-  
cra, adhibitis tibiis, fistulis & citharis in  
Delum fuisse missa. quum ergo illo serior  
Aelian: V. H. III, 1. ista de re loquatur,  
ac quae eo etiam tempore observaretur,  
id de superiori secuto intelligendum est.

7. Τῶν πρὶν.] Subaudi, nisi addere mavis,  
ἐθῶν, aut νομίμων. REISK.

8. Ἐπεὶ τοίνυν &c.] Fort ἔδει. oportebat. cui  
respondet ὡν δὲ τινος autem. & mox ἐπι-  
λέ-

τοῖς θεοῖς θεοφιλεῖς ταύτας θυσίας  
 προσάγοντας, ἀλλὰ μὴ πολυ-  
 τελεῖς. νῦν δὲ ἐσθῆτα μὲν λαμ-  
 πρὰν περὶ σῶμα μὴ ὁ καθαρὰν ἀμ-  
 φιασμένοις, οὐκ ἀρκεῖν νομίζου-  
 σιν πρὸς τὸ τῶν θυσιῶν ἀγνόν· ὅ-  
 ταν δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ἐσθῆ-  
 τος τινὲς<sup>10</sup> λαμπρυνάμενοι, μὴ  
 καθαρὰν κακῶν τὴν ψυχὴν ἔχον-  
 τες, ἴωσιν πρὸς τὰς θυσίας, οὐ-  
 δὲν διαφέρειν νομίζουσιν. ὥσπερ οὐ  
 τῷ θειοτάτῳ γε τῶν ἐν ἡμῖν χαί-  
 ροντα μάλιστα τὸν θεόν, διακειμένῳ  
 καθαρῶς, ἅτε συγγενεῖ πεφυκότε.  
 ἐν γοῦν Ἐπιδαύρῳ προεγέγραπτο,

11 Ἀγνὸν χρὴ νηοῦ θυώδεος ἐντὸς  
 ἰόντα

Ἐμμεναι ἀγνείῃ δ' ἐστὶ, φρο-  
 νεῖν ὅσια.

§ 20.

λεξάντας uno vocabulo. REISK. Sumsit e No-  
 stro haec Cyrill: L. IX. Adv: Iulian: p. 310.  
 qui dedit θεοφιλεῖς τὰς θυσίας. de re ipsa Vid:  
 § 15. Prorsus ut Porph: Clem: Alex: Strom:  
 VII. p. 719. A. δεῖ τοίνυν θυσίας προσφέρειν τῷ  
 θεῷ, μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ θεοφιλεῖς.

9. Καθαρὰν ἀμφιασμένοις.] Valenti. dederat  
 καθαρὰν ἀμφιασμένοις. Sed priores edd. & Lipsf.  
 & Meerm. Cod. ἀμφιασμένοις. Apud Cyrill.  
 est ἀμφισμένοις. hoc quidem leve, sed multum  
 interest, utrum καθαρὰν, an, ut in Valenti. edi-  
 tione est, καθαρὸν legas. Illud dabant antiquiores  
 edd. & Cod. Meerm. nisi quod lapsu calami  
 καθαρὰν scripserit librarius, nec secus interpretes  
 Cyrilli. nunc autem si veste splendida, non  
 pura, fuerimus induti. Differunt utique ἐ-  
 σθῆς λευκῆ & καθαρῆς uti infra § 45. distin-  
 guuntur λευκὴ & καθαρῆ. Pythagorei uteban-  
 tur ἐσθῆτι λευκῇ καὶ καθαρῇ. Vid: Iambli: in V.  
 Pyth: c. 21. Prius ad colorem & externum  
 splendorem, posterior materiam pertinebat,

mus grata huiuscemodi sacrificia,  
 non sumptuosa ipsis oblaturi. Nunc  
 uero si splendida ueste corpore non  
 mundo induti fuerimus ad purita-  
 tem sacrificiorum non satis esse ex-  
 istimant: Sin autem ubi corpus una  
 cum ueste niti dum reddiderit quispi-  
 am non pura tamen a vitiiis anima  
 ad sacrificia offerenda accedat, ni-  
 hil referre arbitrantur: quasi deus  
 non eo potissimum delectetur, quod  
 diuinissimum in nobis est, si pure  
 admodum sit affectum, utpote quod  
 cognatum ipsi sit. in Epidaurio sane  
 templi haec proscriptio habebatur:

*Castus quisque sacrum templum ingre-  
 diatur oportet.*

*Esse autem castum est uoluere sancta  
 animo.*

§ 20.

aut si qua alia re, quae sacris non convenie-  
 bat, polluta esset. Illas albas, candidas &c.  
 vocant Latini, has puras vel castas. Utri-  
 usque usus in sacris. V. Broukb. ad Tibul.  
 I, II, 27. Ea quae sequuntur καθαρὰν hic ve-  
 rum esse docent.

10. Λαμπρυνάμενοι, μὴ.] Cyrill. Λαμπρυνάμε-  
 νοι, ἢ καθ. ubi rescribe μὴ καθ. & dein διακει-  
 μένῳ pro διακειμένων. Male etiam ibi προεγε-  
 γραπτο pro προεγέγραπτο. differunt enim vo-  
 cabula ista. nota mihi etiam constructionem  
 καθαρὰν κακῶν. Solent eo modo Graeci, ut  
 excipiat & excludatur id, quod casu isto  
 significatur. κακῶν καθαρὸν τόπον habemus apud  
 Platon. in Theaet. p. 129. unde sumit Plotin.  
 Ennead. VI. 9. p. 768. & Euseb. P. E. p.  
 606. B. Alia huius generis lege apud R. W.  
 ad Hierocl. in Aur. Carm. p. 252. paullo post  
 ὥσπερ οὐδὲ τῷ θειῳ. Meerm.

11. Ἀγνὸν χρὴ &c.] Pro ἰόντα, ἔντα, &  
 pro

§ 20. Deum autem non copia & magnitudine ſacrificiorum, ſed pia tenuitate delectari, uel ex eo eſſe perſpicuum poteſt, quod ex quotidiano cibo, quaecunque id appoſitum fuerit, ante quam quicquam guſtemus libare diis omnes conſueuimus, exiguum illud quidem ſed eius tamen exigui maxima omnium aeſtimatio eſt. Porro cum ex multis Theophrastus patriis cuiusque inſtitutis antiquitus ſa-

§ 20. Ὅτι δὲ οὐ τῷ εὐδύκῳ χαίρει ὁ θεὸς τῶν θυσιῶν, ἀλλὰ τῷ τυχόντι, <sup>1</sup> δηλοῖ ἐκ τοῦ τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς, καὶ ὅποια τις οὖν αὕτη παρατεθῇ, ταύτης πρὸ τῶν ἀπολαύσεων πάντας ἄρχεσθαι μικρὸν μὲν, ἀλλὰ τῷ μικρῷ τούτῳ παντὸς μᾶλλον μεγάλῃ τίς ἐστὶ τιμὴ. διὰ πολλῶν δὲ <sup>2</sup> ὁ Θεόφραστος τῶν <sup>3</sup> παρ' ἐκάστοις πατρίων ἐπιδείξας, <sup>4</sup> ὅτι τὸ πα-  
S λαι-

pro ἐμφάμεν, ἐμβάμεν legendum putamus. ἀγνεία &c. a caeteris diſjungebantur. Inique ſane, ut ego arbitratuſ ſum. Idcirco in loco ſuum reſtitui. VALENT. Inſcriptionem quo plures memorauerint, eo certius veram ſcripturam inſtaurare poſſumus. Nos uti praeſtaſtus, ſic etiam Clem: Alex: Strom: L. V. p. 551. licet ibi metri ratio non fuerit ſervata. & Cyrill: L. IX. p. 310. Adv: Iulian: ubi pro ναοῖς, quod omnes etiam Porphyrii editiones obſedit, reſinge ναοῖς. Id enim, & ἀγνεία, (nam antea legebatur ἀγνεία) dialecti eſt. In Cod. Lipſ. erat ἐμφάμενα ἀγνεία. In Bodl. & Meerm. ἐμφάμενα. id paene convenit caſco illi ἐμφάμεν vel ἐμφάμεν quod ante legebatur. Rem ipſam inluſtrarunt V. D. ad Clement: ad Aelian: V. H. II, 31. ac multi alii.

1. Δηλοῖ ἐκ τοῦ &c.] Aptum eſt hoc τοῦ ex infinitivo ἄρχεσθαι, vel potius, ut leg. puto, ἀρκείσθαι. malim quoque δῆλον nam verbo δῆλοι melius conveniret τῷ ἀρκείσθαι, ſed ἐκ τοῦ aptius reſpondet vocabulo δῆλον. loco ergo ſic conſtituam. δῆλον ἐκ τοῦ τ. κ. ἡ. τ. κ. δ. τ. ο. αὐτῷ παρ. ταύτῃ πρὸ (vel ταύτῃ καὶ πρὸ) τῶν ἀπολ. πάντως ἀρκείσθαι. μικρὸν μὲν (ſcil. ἐστὶ τὸ ἐκάστοις τῷ θεῷ παρατεθῆν.) id ex eo conſtat, quod cibi quotidiani quodcunque genus ei (deo) proponatur ſeu offeratur, eo ille certo certius contentus ſit, vel ipſis cupediis poſſibilibus. Eſto, ſit exiguum id quod apponitur identidem. Atqui.—REISK. Pro ταύτης in vetuſtioribus edd. Lipſ. &

Meerm. (qui προτῶν pro πρὸ τῶν) Cod. erat ταύτας & pro τῆς καὶ erat τοῦς καὶ quod Fogeroll: in margine ſupplebat ἀπομένους. Et hic & Valenti. pro ἄρχεσθαι reponerant ἀπάρχεσθαι. ſed ἄρχεσθαι pro ἀπάρχεσθαι ſaepe dicitur. Δηλοῖ autem, nempe θεός. δηλοῖ τὸ ἐκ τοῦ, placebat Cel. Abreſchbio. Mos notus & iam ab heroicis ductus ſeculis, ut prius quam cibo ſe replerent convivae, primitias Diis obferrent.

2. Ὁ Θεόφραστος.] An ſignificat libros Theophrasti περὶ ἱſορίας vel ἱſορικὰ ὑπομνήματα de quibus Dioſc: Laërt: V, 47. & alii? malim libros περὶ εὐſεβείας, eosdem quos ſupra § 5. & 11. & infra 26. in omnibus illis de ſacrificiis dicitur. τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱſορίας reſpici putat Fabric: B. G. III, 9, 16. ſed illa quae paullo poſt ſub initium § 21. ſequuntur, petita eſſe ex illis, quae dicebam, monumentis, ex Photii Lex: Miſto ibi oſtendam.

3. Παρ' ἐκάστοις πατρίων.] Notum eſt ἔτι in hac loquendi formula paſſim ſupprimi. Cod. Bodl. dat πατρίων, uti ſolent vocabula iſta confundi, cum idem paene ſignificent. Certe Grammaticorum de eorum diſcrimine praecepta, auctores iis multo locupletiores ſaepe contemnunt, qui & πατρώους & πατρίους νόμους dicunt. πατρίους tamen Porphyrii etiam infra IV, 22. & ſolent certe τὸ πάτριον, τὰ πάτρια mores & inſtituta maiorum potius adpellare, quam πατρίων & πατρώα. Adi V. D. ad Thucyd: VIII, 76.

4. Ὅτι τὸ παλαιόν.] Tὸ non eſt in Cod. Lipſ.

λαιδὸν τῶν θυσιῶν διὰ τῶν καρπῶν ἦν, ἔτ' εἰπὼν πρότερον τῆς πόας λαμβανομένης, καὶ τὰ τῶν σπονδῶν ἐξηγεῖται τοῦτον τὸν τρόπον. τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν 5 νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν. νηφάλια δ' ἐστὶν τὰ ὑδρόσπονδα. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα· τοῦτον γὰρ ἔτοιμον παρὰ μελίττων πρῶτον ἐλάβομεν τὸν ὑγρὸν καρπὸν. εἰτ' ἐλαιόσπονδα. τέλος δ' ἐπὶ πᾶσιν, τὰ ὕσερα γεγονότα οἰνόσπονδα.

§ 21. Μαρτυρεῖται δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἱ ἐπὶ τῶν ἐν κύρβεων σηλῶν

sacrificia ex fructibus, & prius etiam ex herba fieri consuevisse demonstrarit, postea libationum ritum exponit in hunc modum. Vetera sacra sobria apud plerosque erant. Sobria autem sunt, quae aquae libationem admittunt. Postea mellis libatio subsequuta est. hunc enim liquidum fructum paratum ab apibus primum accepimus. Tum oleo libatum est. Postremo omnium vino.

§ 21. Haec autem non solum legallium tabularum testimonio comprobantur

*Lips.* Forte ὅτι non significat hic loci quod sed quam. e. c. ὅτι παλαιάτος quam vetustissimus. ut sit ὅτι παλαιάτων τῶν θυσιῶν διὰ τῶν καρπῶν γιγνομένων, ἔτι πρότερον τῆς πόας λαμβανομένης. sed tum deest aliquid. *Reisk.* Post πρότερον. *Valent.* περὶ ante τῆς inferuerat, citra necessitatem. Pro ἔτ' εἰπὼν levi mutatione aliquando coniiciebam ἐπετείων, quod ad καρπῶν pertineret, vel ἐπετείου, uti ἐπέτειον πᾶν dicit *Theophr.* supra § 5. quem locum *Porrb.* respicit. Vocabula ἐξηγεῖσθαι, ἐξήγησις & ἐξηγητὴς peculiariter a Nostro & aliis adhibentur, de caeremoniarum interpretibus, vel etiam portentorum ac prodigiorum. cumulate satisfaciunt *Duk:* ad *Thuc:* VII, 50. & *Wess:* ad *Diod:* V, 40.

5. Νηφάλια παρὰ &c.] Sacrificia sobria quae fuerint *Suid:* in Νηφάλιος θυσία & centum alii docuerunt. Quamvis autem verum sit, Deorum cultum quo vetustior fuerit, eo fuisse simpliciore, ordinem tamen quem Malchus tradit, exacte fuisse observatum adfirmare nolum. Idem visum *Pottero* Arch. Gr. II, 4. paullo ante *Meerm.* καὶ τὰ μὲν ἀρχ. & mox pro τὸν ὑγρὸν *Cod.* ille & *Lips.* τῶν ὑγρῶν, quod merito placebat *Reiskio*, dein iidem *codices* τὰ ὕσερον, quod probō, & sic editio antiquissima. Illa ἐπὶ πᾶσιν, su-

per haec omnia, praeter haec omnia, denique, inlustrat *Weissen:* ad *Luc.* Euang. XVI, 26. huius loci non oblitus.

1. 'Ἐπὶ τῶν ἐν κύρβεων σηλῶν.] Existimavi legi posse haec verba fortasse melius ἐπὶ τῶν ἐν κύρβῃ σηλῶν, αἱ τῶν κρήνη εἰσι &c. nam primo etfi nossem κύρβεος fuisse apud Athen: ligna vel lapides Pyramidales, in quibus leges ad sacra spectantes scribebantur, tamen nusquam comperio in illis κύρβεσι, aliquid ad sacra Corybantica pertinens descriptum fuisse, nec quod amplius est, invenio istos ritus apud Athen: unquam publice obtinuisse. Scio quid de Μητρῶν dici potest. Sed neque id videtur satis clare hoc probare. Praeterea ἐν κύρβεων unico vocabulo nullibi occurrit. Et si sine exemplo hic admitteretur, non satis video, qui commode verti possit. Κύρβην vero Cretae esse oppidum patet ex *Steph:* περὶ πῶλ. in Ἱεραπύτνῃ. Corybantas etiam ex Phrygia in Cretam translatos, & sacra ista illuc itidem transmissa fuisse possem, si tanti esset, multis probare. Ita ut congrue satis in Phrygia sacrorum Corybantiorum ταῦτα γραφᾶ esse, in Creta vero ἐν τῇ γραφᾷ dicere liceat. sed nihil hac in re statuo. Docti iudicent. *VALENT.* Non inepta adeo coniectura. de urbe ista *Meurs:* in Cret: c. 10. *Strabo*

tur, quae quidem re uera Corybanticorum ſacrorum e Creta quaſi exempla quaedam ſunt: uerum etiam ab Empedocle confirmantur: qui cum de ſacrificiis & deorum genere loquatur, ita canit:

*Namque illis Mars nullus erat, nullusue tumultus,*

*Nep-*

λάν, αἱ τῶν Κρήτηθεν εἰς Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἶον ἀντίγραφα τὰ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἐμπεδοκλέους, ὃς περὶ τε τῶν θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας δι-  
εξιῶν παρεμφαίνει λέγων·

ᾧ Οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεός,  
οὐδὲ κυδοιμός,

S 2

Οὐ-

*Strabo* a Corybante conditam dicit, X. p. 325. ſed Noſtro vocem κύρβεις ſub calamum veniſſe liquet e *Theophr.*: apud *Phot.*: Lex: ined. κύρβεις τρίγωνοι ἄξονες ἢ — εἰρηται δὲ ἀπὸ τοῦ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος — Θεόφραſτος (l. Θεόφραſτος) δὲ ἀπὸ τῶν Κρητικῶν κορυβάντων. τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἶον ἀντίγραφα αὐτοὺς εἶναι. qui locus magni nobis eſt pretii, quia docet quoque haec *Theophrasti* eſſe, e quo & paullo ante, & in ſuperioribus multa *Porphyrius*. Sumta autem ſunt e *Theophrasti* lib. περὶ εὐσεβείας, ut commodè humaniſſimis in literis monebat *D. Runkenius*, Vir inſignis, ita ille. didici hoc ex *Schol.*: *Aristoph.*: ad Aves 1354. Κύρβεις ἀπὸ τῶν Κορυβάντων, ἐκείνων γὰρ εὐρημα, ὡς φησὶ Θεόφραſτος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. ne Tu dixeris, me mala fide agere, qui in *Scholiaſte* Θεόφρ. ſcribam, cum in omnibus editionibus legatur Θεόπομπος. Satis ex illis, quae diſputavi, patet, nullum hic *Theopompo* locum eſſe. Delendus igitur liber περὶ εὐσεβείας ex catalogo operum *Theopompi* *Historici*, in quem *Meurf.*: ad *Apolk.* *Dyſc.* p. 110. *Vossius*, aliique, corrupta lectione decepti, eum retulerunt. Haecenus *Cel.*: *Runk.*: Eidem *σηλῶν* e textu eiiciendum videbatur, quippe quod ex gloſſemate inreperat. Si res mei eſſet arbitrii, reſcriberem, ὑπὸ τῶν (ſcilicet *θυσιῶν*, niſi illa vox exciderit) ἐκ κύρβεων καὶ *σηλῶν*. Iungit ſic *Plato* in *Polit.* p. 555. B. γράψαντας ἐν κύρβεσι καὶ *σηλῶν*. *Euseb.*: *Vit.* *Conſt.* I, 1. οἱ δὲ κύρβεσι καὶ *σηλῶν* βαθείας γραμμὰς ἐγγράξαντες. *Clar.*: *Abreſch.*: qui mecum idem ſentiebat, adſcripſerat e *Themist.*: *Orat.* 30. ὡς χρὴ βύειν τὰς θυſίας, τὰς ἐκ τῶν κύρβεων, καὶ τῶν *σηλῶν*, κατὰ τὰς ſυγγραφὰς. ſic enim eum conſtituit *Taylor.*: de *Cyrbeſi*

ex *Polluc.*: *Suid.*: & centum aliis omnia ſunt pervulgata: apud ſeriores in primis, omnia memoriam rei alicuius teſtantia monumenta ſic dicuntur. Vid: *Hemſterb.*: ad *Poll.* VIII, 128. Ceterum adſcriptum erat *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* κύρβεις. τρίγωνοι πίνακες ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι καὶ πολιτικοὶ. ἄξονες δὲ τετράγωνοι, ἐν οἷς οἱ ἰδιωτικοὶ. In margine *Bodl.* correſtum erat ἐν κύρβεσι. De more antiquiſſimo, ut praeclara inventa, leges aliaque poſteris traderent in columnis, ſaxis, parietibus, tabulis aeneis, nihil hic dici debet. notet tamen tiro, per *σήλας* non intelligi columnas, proprie ſie dictas, ſed lapides, qui erant plerumque quadrati, arte politi & levigati. Uſus earum ab Aegyptiis propagatus in alias gentes, qua de re *Iambliſk.*: in *Pant.*: *Aegypt.* V, 5.

2. Αἱ τῶν Κρήτηθεν &c.] Corybantes [quoniam fuerint egregie a Viris Doctis exploratum demonſtratumque eſt, quod vide apud *Wefſel.*: ad *Diod.* III, 55. *ἀντίγραφα* ſunt exempla. Amant pluralem numerum Attici, etiam cum de uno exemplo loquantur. qua de re *Thom.*: M. & alii *Grammatici.* V. *Wölſ.*: ad *Liban.* *Epist.* 1044. Recentiores tamen ſingularem numerum non ſemper ſpernunt. *Plut.*: in *Alex.* T. I. p. 668. B. γράφει ἐπιςολὴν ἢς ἀντίγραφόν ἐστιν. Sed vid: V. D. ad *Moerid.* *Attic.* p. 7. Uti Noſter, ἀντίγραφα *σήλας* *Demosth.*: *Adv.* *Leptin.* p. 378. pro τὰ *Erud.*: *Runk.*: malebat ἔττα vel τινά.

3. Οὐδὲ τις ἦν &c.] Septem hi continentes Empedoclis verſus adducuntur etiam ab *Athen.*: XII. Deipn: prope a princ: libri, ubi de voluptate diſſerit. Apud quem haec variata ſunt, quod tertius dimidiatus eſt, ita e-

Οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς , οὐδ' ὁ Κρό-  
νος , οὐδ' ὁ Ποσειδῶν.

Ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια.

Ἡ ἐστὶν ἡ Φιλία;

Τὴν οἶγ' 4 εὐσεβεέσσιν ἀγάλμα-  
σιν ἰλάσκοντο ,

5 Γραπτοῖς τε ζώοισι , μύροισί τε  
δαίδαλεόσμοις ,

Σμύρνης τ' ἀκράτου θυσίαις , λι-  
βάνου τε θυώδους ,

Ξουθῶντε σπονδὰς μελιτῶν ῥίπτουν-  
τες ἐς οὐδας.

(Ἄπερ καὶ νῦν ἔτι σῴζεται παρ'  
ἐνίοις οἷον ἵχνη τινὰ τῆς ἀληθείας  
ὄντα')

6 Ταύρων δ' ἀκρίτοις φένοισι οὐ  
δεύετο βωμός.

§ 22. Τῆς γὰρ οἶμαι Φιλίας καὶ  
τῆς περὶ τὸ συγγενὲς αἰσθήσεως  
πάντα κατεχούσης , οὐδεὶς οὐδὲν  
ἐφόνευεν , οἰκεῖα εἶναι νομίζων τὰ  
λοι-

*Neptunusue , aut Saturnus , non Iup-  
piter ullus ,*

*Sed Cypris regina: quae quidem est  
amicitia. Postea subdit:*

*Huic uarie pictis simulacris sacra fere-  
bant ,*

*Vnguentisque inspergentes fragrantibus  
aras ,*

*Sincera & myrrba , & redolenti tu-  
re piabant ,*

*Mellis iactato imbuta libamine ter-  
ra.*

*Id quod nunc quoque quasi ueritatis  
quoddam uestigium apud nonnullos  
seruatur.*

*Taurorum at nullis horrebat caedibus  
ara.*

§ 22. Nam cum amicitia uidelicet ,  
& erga cognatum consensus omnia ob-  
tineret , nullum quispiam occidebat ,  
caetera animalia cognata sibi esse exi-  
sti-

enim illic legitur. ἀλλὰ κύπρις βασίλεια. quae  
hic accreuerunt , vereor ne germana sint  
eius poëtae , neque enim numeros suos ha-  
bere videntur , ut suspicionem mihi move-  
ant , nec declaratio sint. sed in extremo  
quoque quarto illic legitur ἰλάσκονται. ut in  
eadem sede consequentis δαίδαλεόσμοις. item-  
que in sexto ἀκρίτους. Septimus duobus ver-  
bis inmutatus est. nec tamen variatur sen-  
tentia. Ξουθῶν enim illic est , & ῥίπτοντες.  
in testimonio non multo supra hic citato  
Sophoclis , apes itidem Ξουθαὶ vocantur. VI-  
CTORIUS. Confer quae ad *Athen:* notavit A-  
nimadversor. Excerpsit haec etiam *Stephan:*  
in Poëf. Philof. p. 29. nomen addit *Meerm.*  
*Codex* παρ. λέγων Ἐμπεδοκλής.

4. Εὐσεβεέσσιν ἀγάλμασιν.] Distinguuntur hoc  
in loco ἀγάλματα & *picturas* , uti passim a-  
pud veteres , licet discrimen non sit per-  
petuum. Docet hoc vocisque indolem egre-  
gie exponit Clar: *Rbunken:* ad *Tim:* Lex:  
Plat: p. 4. sequenti versu ἀκρίτου dialecto  
melius responderet.

5. Γραπτοῖς τε &c.] Vid: *Athen:* L. XII.  
c. 1. VALENT. Potest lectio vulgata facili ne-  
gotio defendi , fuit tamen cum suspicarer  
leg. esse *ῥαπταῖς τε Ζώνησι* , vel *Ζώναισι*. Zo-  
nis phrygionico opere variegatis , acu pictis  
aurea & serica. REISK.

6. Ταύρων δ' ἀκρίτοις —] Repetuntur haec  
infra § 27. ubi vide.

ſtimans. Poſtea quam uero Mars & tumultus, & omnes pugnae, & bellorum occaſio inuaſit: tunc primum effectum eſt, ut a cognatorum caede abſtinuerit nemo. quin etiam conſideranda haec in hunc modum ſunt. ſicut enim licet nobis cum hominibus cognatio ſit, maleficos tamen qui quadam propriae naturae & prauitatis incitatione impulſi ad laeſionem cuiuſlibet inferendam inducuntur, interficiendos omnes & puniendos cenſemus: ita ex ratione carentibus animalibus ea occidere fortaſſe conuenit, quae iniuſta propria natura ac malefica ſunt, ad nocendumque & inſultandum humano generi incitata, caetera uero quae nulla huiuscemodi laedendi immanitate praedita ſunt, interficere iniuſtum procul dubio eſt, non ſecus atque homines qui iniurii non ſunt: Id quod proſecto nullum eſſe ius nobis cum caeteris ani-

ma-

λοιπὰ τῶν ζώων. 1 ἐπεὶ δὲ ἄρης, καὶ κυδοιμὸς, καὶ πᾶσα μάχη, καὶ πολέμων ἀρχὴ κατέσχευεν, τότε πρῶτον 2 οὐβείς οὐθενὸς ὄντως ἐφείδετο τῶν οἰκείων. Σκεπτέον δ' ἔτι καὶ ταῦτα. 3 ὥςπερ γὰρ οἰκειότητος οὔσης ἡμῖν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς κακοποιούς, καὶ καθάπερ ὑπὸ τινος 4 πνοῆς ἰδίᾳς φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένουσ πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυγχάνοντα, ἀναιρεῖν ἡγούμεθα δεῖν καὶ κολάζειν ἅπαντας· οὕτως καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἀδίκᾳ τῇ φύσει καὶ κακοποιᾷ, πρὸς τε τὸ βλάπτειν ὠρμημένα τῇ φύσει τοὺς ἐμπελάζοντας, ἀναιρεῖν ἴσως προσηκει· τὰ δὲ μὴδὲν ἀδικοῦντα τῶν λοιπῶν ζώων, μὴδὲ τῇ φύσει πρὸς τὸ βλάπτειν ὠρμημένα, ἀναιρεῖν τε καὶ φονεύειν ἀδίκον δήπου, ὥςπερ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς τοιούτους. ὁ δὲ καὶ ἐμφαίνειν ἔοικεν δίκαιον ἡμῖν μὴδὲν εἶναι πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ζώων,

S 3

διὰ

1. 'Ἐπεὶ δὲ ἄρης.] *Lipf. Cod.* εἰρης. Voluitne ἄρης an ἔρης. paulo poſt pro ἀρχῇ f. παραχῇ. REISK.

2. Οὐβείς οὐθενὸς ὄντως.] Malebat Clar: *Abreſch*: οὐδείς, ὡς οὐθενὸς ὄντως (nempe οἰκείου) ἐφ. τῶν οἰκείων. & ſane ὄντως eſt etiam in *Meerm.*

3. Ὡςπερ γὰρ οἰκειότητος &c.] Saepe de naturali hoc inſtinctu, quo noxia interficimus, Auctor in his libris &, qui Porphyriana haec intacta non reliquit, *Grotius* de Iur. B. & P. II, 20. 9. ipſe Pythagoras apud *Ovid*:

XV. *Metam.* 109.

- - - - - *noſtrumque potentia letum Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.* qui locus diligentiam *Grotii* non fugit.

4. Πνοῆς ἰδίᾳς φύσεως — φερομένουσ.] Forte πνοῆς, τῆς ἰδίᾳς φύσεως. REISK. Eleganter dictum. ſic infra III, 26. καὶ φέρονται — ὑπὸ τινος πνοῆς τῆς ἰδίᾳς φύσεως καὶ μοχθηρίας. φέρεσθαι dici de illis, qui adfectibus aguntur ac *feruntur*, translaticium eſt. paulo poſt *Meerm.* τὰ μὴδὲν ἀδικ. omiſſo δδ.

διὰ τὸ ὅτι βλαβερὰ ἄττα τούτων εἶ-  
ναι καὶ κακοποιὰ τὴν φύσιν, τὰ δὲ  
μὴ τοιαῦτα, καθάπερ καὶ τῶν ἀν-  
θρώπων.

§ 23. Ἄρ' οὖν θυτέον τὰ ἄξια  
τοῦ σφάττεσθαι τοῖς θεοῖς; καὶ  
πῶς, εἴγε φαῦλα τὴν φύσιν ἐ-  
ξιν; οὐθὲν γὰρ μᾶλλον ἢ οὕτω  
ἢ τὰ ἀνάπηρα θυτέον. \* κακῶν δὲ  
οὕτως ἀπαρχὴν, καὶ οὐ τιμῆς ἕ-  
νεκα τὰς θυσίας ποιήσομεν. εἰ δ'  
ἄρα θυτέον τοῖς θεοῖς τὰ ζῶα,  
τὰ μὴθὲν ἀδικοῦντα τούτων ἡμᾶς  
θυτέον. \* οὐκ ἀναιρετέον δὲ ὡμολογη-  
κότες μὴθὲν ἡμᾶς ἀδικοῦντα τῶν λοι-  
πῶν ζώων, ὥστε οὐδὲ θυτέον αὐτὰ  
τοῖς θεοῖς. Εἰ οὖν οὕτε ταῦτα θυ-  
τέον, οὕτε τὰ κακοποιὰ, πῶς οὐ φα-  
νερὸν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἀφεκτέον  
καὶ οὐ θυτέον ἐς τῶν λοιπῶν ζώων  
οὐ-

malibus nequaquam uidetur significa-  
re, propterea quod alia ex ipsis no-  
xia & malefica sunt, alia minime,  
quemadmodum etiam ex hominibus.

§ 23. Nunquid igitur sacrificanda  
diis sunt ea quae occidi debent? Sed  
quo pacto id fas est, cum praua na-  
tura sint? Nihilo enim magis ea quam  
quae manca & laesa sunt, obferri con-  
uenit. Malorum enim primitias, non  
honoris causa sacrificia faciemus sed  
si modo mactanda diis animalia sunt,  
nihil nocentia mactanda sunt. sed ni-  
hil nocentia interficienda non esse  
constat: neque igitur diis sunt sa-  
crificanda. Quod si neque haec ne-  
que malefica immolari debent, non-  
ne perspicuum est, maxime omni-  
um abstinendum ab animalibus, ne-  
que ex ipsis sacrificandum esse, e-  
ti-

5. Βλαβερὰ ἄττα τούτων.] Forte βλαβερὰ  
ἐν ἄττα (id est) ἕνα ἄττα. & dein πρὸς τὰ  
δὲ μὴ τοιαῦτα. scilicet εἶναι ἡμῶν δικάϊον τι.  
REISK. Sect. seq. ἐπεὶ ἄττα. Multa de hac  
vocula Grammatici, qui distinguunt inter  
ἄττα id est ἄτινα, & ἄττα id est τίνα. V.  
Duk: ad Thuc: II, 100. & Alb: ad He-  
sych: in V.

1. Οὕτω ἢ τὰ ἀνάπηρα.] Uti Deus olim  
talìa ab aris removebat, sic Graeci & alii,  
apud quos sacrorum curatores sedulo exa-  
minabant, essentne ἀδόκιμα καὶ πηρὰ τὰ θύ-  
ματα. Saepe tamen mystica quadam sacro-  
rum ratione victimas aliqua parte mutilas  
inmolabant. ita Lacones etiam, sed aliam  
ob causam, eius modi sacra faciebant, qua  
de re *Wesseling*: ad *Petiti* Leg: A. L. I, 1.  
p. 74. Pro οὕτω *Reiskius* ταῦτα vel αὐτὰ ma-

lebat.

2. Κακῶν δὲ οὕτως ἀπ.] Οὕτως in *Cod. Lips.*  
est ὅντων. non satis perspicua est sententia,  
neque locus videtur integer, quem utcu-  
que sarcias & explanes sic. κακῶν δὲ ὄντων  
ἀπαρχὴν ποιῶντες, καταφρονήσεως τῶν θεῶν. οὐ  
τιμῆς ἕνεκα, τὰς θυσίας ποιήσωμεν. REISK.

3. Οὐκ ἀναιρετέον δὲ ---] Τὰ μὴθὲν. in ὡ-  
μολογηκότες est vitium, aut deest aliquid post  
ζώων. e. c. πῶς τοῦτο φήσομεν. REISK. Stru-  
ctura intricatior per hyperbata, quae Nostro  
nimium sunt in deliciis. Si construas ὡμολ.  
δὲ οὐκ ἀν. μ. ἀδ. ἡμ. τῶν λ. ζ. οὐδὲ θ. &c.  
ὥστε abundat, vel consequentiam infert. Si  
ὥστε, ὡμολ. οὐκ ἀν. μὴθὲν &c. vacat δδ. Mox  
pro εἰ in *Flor. edit.* erat οἰ, quod *Foge-  
roll.* etiam correxerat, sed cuius stupor non  
viderat typothetae fuisse erratum.

tiam si interficienda aliqua ex ipsis sint?

§ 24. Adde quod tres causae sunt, ob quas sacrificandum diis esse uideatur. Vel enim honoris, uel gratiarum, uel bonorum indigentiae causa sicut bonis uiris, diis oblationes faciendas esse existimamus. Honorem autem deos, uel dum a malis liberari, & ad bona consequenda praeparari studemus: uel cum beneficio aliquo affecti grate nos gerimus: uel ea causa ut emolumentum aliquod adipiscamur: uel sola bonitatis eorum ueneratione inducti: Quare si of-

οὐδὲν, 4 ἀναιρεῖν τε μέντοι τούτων ἕτερ' ἅττα προσήκει;

§ 24. Καὶ γὰρ ἄλλως, 1 τριῶν ἕνεκα θυτέον τοῖς θεοῖς: ἢ γὰρ διὰ τιμὴν, ἢ διὰ χάριν, ἢ διὰ χρεῖαν τῶν ἀγαθῶν. καθάπερ γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὕτω κακίοις ἡγούμεθα δεῖν ποιεῖσθαι τὰς ἀπαρχάς: τιμῶμεν δὲ τοὺς θεοὺς, ἢ κακῶν μὲν ἀποτροπὴν, ἀγαθῶν δὲ παρασκευὴν ἡμῖν γενέσθαι ζητοῦντες, ἢ 2 προπεπονδότες εἶ, 3 ἢ ἵνα τύχωμεν ὠφελείας τινος, ἢ κατὰ τὴν ψιλὴν τὴν τῆς ἀγαθῆς αὐτῶν ἕξεως ἐκτίμησιν. 4 ὥς τε καὶ τῶν

4. Ἀναιρεῖν τε μέντοι —] Lege γε. male intrusum est μὴ ab interprete. *interim tamen decet animalium nonnulla interimere.* REISK. Cl. *Abresch*: γε etiam praeferebat. de particula hac in media periodo saepe abundante, vel vim τῆς καὶ adsciscente, & cum γε confusa, lege *D'Orvill*: ad *Char*: IV, 4. p. 419. μὴ priores etiam *edd.* non agnoscebant, merito itaque ex filio multatum est. *Valent.* μὴ post ἅττα legi volebat.

1. Τριῶν ἕνεκα θυτέον τ. 6.] *Iambli*: de *Myft*: V, 5. ἐγὼ δὲ σοι λέγω τῷ γε ἐμὸν δόγμα περὶ θυσιῶν, ὡς οὐδέποτε αὐτὰς δεῖ προσεῖσθαι τιμῆς μόνης ἕνεκα, καθάπερ δὴ τιμῶμεν τοὺς εὐεργέτας. οὐδὲ ὁμολογίας ἕνεκα χαρίτων ἐφ' οἷς ἡμῖν οἱ θεοὶ δεδώκασιν ἀγαθοῖς. οὐδὲ ἀπαρχῆς χάριν ἢ δώρων τινῶν ἀντιδώσεως. Quas rationes vulgares & a communi hominum consuetudine petitas dicit. vides itaque quo iure Vir Praeclarus scribat ea *Iamblichi* a Nostro hoc in loco refutari. Firmat potius, sed tantum inde non consequi differit, animantia esse matanda.

2. Προπεπονδότες εἶ.] Πάσχειν τῶν μέσων est. Dicitur vel simpliciter pro *adfici*, vel pro κακὸν τι πάσχειν, additis autem particulis εἶ, κακῶς &c. ad certum sensum redigitur. Saepe

sic Noster, nunquam simpliciter pro *bono adfici*. Nec apud alios ita dici solet, & si quando dictum videatur, e nexu, quo sensu accipiendum sit, intelligitur, ut apud *Dion*: *Hal*: L. VII. p. 456. quo loco utitur V. D. ut contrarium evincat. cum tamen πάσχειν τι frequens sit *Dionysio* pro *adfici aliqua re*. Nec secus *Ioseph*: *Ant*: III, 13. Certiora itaque exspectabo, ab interpretibus *Pauli* ad *Gal*. III, 4. ad usum istum constabillendum.

3. Ἡ ἵνα τύχωμεν &c.] Verba ἢ ἵνα τ. u. t. videntur delenda. inest enim eorum vis iam in verbis praemissis ἀγαθῶν παρασκ. ἢ. γ. ζ. Mox alterutrum τὴν, sed potius secundum delendum videtur. REISK.

4. Ὡς τε καὶ τῶν ζώων &c.] Apud *Euseb*: in quarto l. eiusdem argumenti, ubi totus hic locus adducitur, desideratur in his verbis τούτων. quod tamen exemplar scriptum retinet. infra vero quod hic est ἀδικίαν ὁμολογούμεν, scriptum est ἀδικεῖν. in consequente vero οὐ θυτέον, addita particula negandi in tertio ab hoc ἀποδιδόντας. in penultimo τινὰς quidem legitur, numerusque variatus est in eo verbo apud *Euseb*: excusum. Mfist cum *Porph*: facit. in extremo huius paginae 26.

τῶν ζώων εἰς ἅπαρκτέον αὐτὰ θεοῖς, τούτων τινὸς ἕνεκα θυτέον. καὶ γὰρ ἂν θύομεν, τούτων τινὸς ἕνεκα θύομεν. ἄρ' οὖν τιμῆς ἡγήσασαίτ' ἂν τυγχάνειν ὁ ἡμῶν ὁ θεὸς ὅταν ἀδικοῦντες εὐθὺς διὰ τῆς ἀπαρχῆς φαινόμεθα, ἢ μᾶλλον ἀτιμίαν διήσασαίτ' ἂν τὸ τοιοῦτον δρᾶν διὰ τῆς ἀπαρχῆς, ἢ ἐν τῷ δέ γε θύειν ἀναιροῦντες τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τῶν ζώων, ἀδικήσιν ὁμολογοῦμεν. ὥς τιμῆς ἕνεκα θυτέον τῶν λοιπῶν ζώων οὐθέν. οὐ μὴν ὁ οὐδὲ τῶν εὐεργεσιῶν χάριν αὐτοῖς ἀποδίδοντας. ὁ γὰρ τὴν δικαίαν ὁ ἀμοιβὴν τῆς εὐεργεσίας, καὶ τῆς εὐποιίας τὸ ἀντάξιον ἀποδίδους, οὐκ ἐκ τοῦ κακῶς τινος δρᾶν ὁφείλει ταῦτα παρέχειν οὐ-

offerenda animalia diis sunt, aliqua huiusmodi de causa sunt sacrificanda: quippe cum ob aliquid ex his facere diis sacrificia soleamus. Nunquid igitur honorem a nobis consequi deus existimaturus est si iniuste nos creare statim uel ex ipsa oblatione uideamur? an non potius se ignominia eo sacrificio affici putabit? At si in sacrificando animalia quae nullam offensionem afferunt, maclauerimus, iniuste nos facturos concessum est. Honoris igitur causa nullum ex caeteris animalibus sacrificandum diis est. Sed neque ut gratias ob beneficia referamus. Qui enim dignas gratias beneficii & benignitatis reddere uult, non ex aliena iniuria referre eas debet. nihilo enim magis

δέξει ἢ in primo vero consequentis οὐδὲ χάριν τινὸς, mendose, ut patet. VICTORIUS. Haec usque ad finem § 24. *Euseb.* l. l. L. IV. p. 151. D. in sua prata derivavit.

5. ἅπαρκτέον αὐτὰ θεοῖς.] Sic distinguendum. ἀπαρκτέον, αὐτὰ θεοῖς τούτων. REISK.

6. ἡμῶν ὁ θεός.] *Lips. Cod.* dat ἢ θεός. male ille quidem, ita tamen, ut ex eo suspicari possis Porph. dedisse ἢ θεός, ἢ ἡμῶντος χρηστὸς. REISK. *Euseb.* habet ἂν τις τυγχάνειν ἡμῶν, ἢ θεός, sed Nostrum rectius delere τις & ἢ ibi iam notavit *Vigerus*. pro φαινόμεθα *Meerm.* φαινόμεθα.

7. Ἐν τῷ δέ γε θύειν.] Interferui ἐν. confirmat *Euf.* codex. Postea pro ἀποδίδονται substitui ἀποδίδουαι. *Euf.* ἀποδίδοντας. VALENT. Forte τὸ τοιοῦτο. Ἄρα διὰ τῆς αὐτῆς ἀπαρχῆς οὐκ ἀδικοῦμεν. An tu negas eiusmodi primitiis offerendis iniuriam fieri? Τῷ δέ γε θύειν αὐτοῖς cum ea offerimus a nobis ma-

clata, quae nulla nos iniuria laedunt, vel ipsi ultro confitemur, nos iniuriam is inferre. REISK. *Euseb.* illa διὰ τῆς ἀπαρχῆς non habet, *Valent.* post ἐν substituerat in textu (ei.) Sed editiones vetustae & *Euseb.* ἐν τῷ δέ γε θ. nec secus *Meerm. Codex.* leg. igitur ἐν τῷ δέ γε θύειν, vel ἐν τῷ δέ γε τῷ θύειν. quod *Abreschio* placebat.

8. Οὐδὲ τῶν --- ἀποδίδοντας.] Ἀποδίδοντας bene habet subauditur enim a communi θυτέον ἡμῶν αὐτὰ τοῖς θεοῖς. REISK. Nec secus *Euseb.* Antea legebatur ἀποδίδονται. quod *Fogoroll.* & *Valent.* correxerant in ἀποδίδουαι. Ille etiam pro τῶν volebat τοῦ, sed male.

9. Ἀμοιβὴν --- ἀποδίδους.] Ἀμοιβὴν ἀποδίδουαι quid proprie sit diximus § 12. qui locus cum hoc conferendus. ibi etiam de voce εὐποιία. Mox reposui δέξει, pro quo antea legebatur δέξιν, quod etiam est in *Lips.* &

gis grate uidebitur ſe gerere, quam ille qui ab alio quicquam furatus, eo honeſtare alium uelit. Neque item praefidii alicuius cauſa a diis impetrandi maſtari animalia conuenit. Qui enim iniuſte agendo beneficium ab alio conſequi ſtudet, is in ſuſpicionem uenit, ſe nullorum beneficiorum gratias eſſe habiturum. Ita ut neque beneficium aliquod cupientibus ſacrificanda animalia omnino ſint. Nam licet huiuscemodi aliquod ita occulte agere fortaffe ualeamus, ut incompertum homini alicui ſit, deum tamen latere nullo modo poſſumus. Si igitur alicuius horum cauſa ſacrificandum eſt: nullius autem horum cauſa maſtanda animalia ſunt: non eſſe ſacrificanda animalia manifeſtum eſt.

§. 25. Nos uero dum uoluptatibus quibus ex ſacrificiis fruimur, ueritatem horum delere conamur, latemus nos ipſos non deum.

Nam

οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἀμείβεσθαι δόξει, κἄν εἰ τὰ τοῦ πέλας ἀρπάσας τις ἰδὲ φεφανοίῃ τινὰς, ὡς χάριν ἀποδιδούς καὶ τιμήν. <sup>11</sup> Ἄλλ' οὐδὲ χρείας τινος ἕνεκα τῶν ἀγαθῶν. ὁ γὰρ ἀδίκῳ πράξει τὸ παθεῖν εὖ θηρεύων, ὑποπτός ἐστι, μὴδὲ εὖ παθὼν χάριν ἔξειν. ὥς' οὐδ' ἐλπιζομένης εὐεργεσίας, θυτέον ἐστὶ τοῖς θεοῖς ζῶα. καὶ γὰρ δὴ τῶν μὲν ἀνθρώπων λάθοι τις ἂν ἴσως τινὰ τοῦτο πράττων, τὸν δὲ θεὸν <sup>12</sup> ἀμήχανον καὶ λαθεῖν. εἰ τοίνυν θυτέον τινὸς ἕνεκα, οὐδενὸς δὲ τούτων χάριν αὐτὸ πρακτέον, δῆλον ὡς οὐδὲ θυτέον ἐστὶ <sup>13</sup> ζῶα.

§ 25. Ταῖς γὰρ ἐκ τῶν θυμάτων ἀπολαύσεσι τὸ περὶ τούτων ἀληθές ἐξαλείφειν πειρώμενοι, λαμβάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς, οὐ γὰρ δὴ τὸν

& Meerm. vel δόξειεν. Verum nobis reliquit Euseb: apud quem sequitur ἢ κἄν. Pro ταῖς δὲ αὐτῶν idem τινὰ δὲ αὐτῶν.

10. Στεφανοῖν τινὰς.] Στεφανοῦν in genere est donare, praemio adſcere; vel proprie honoris cauſa donare. V. Xyl. ad Plut. T. I. p. 22. & Weſſeling. ad Diod. XIV, 53. Illa quae ſequuntur ὡς χάριν ἀποδ. κ. τ. inutilia merito Reiskio videbantur, niſi addatur φιλησέτωται aut ſimile quid. Eusebii tamen auctoritate muniuntur.

11. Ἄλλ' οὐδὲ χρείας τινὸς.] Euseb: ἀλλ' οὐδὲ χάριν τινὸς. ſed noſtrum reſpondet ſuperioribus. Vox illa cum ſtatim praeceſſiſſet, vi-

detur perperam repetita.

12. Ἀμήχανον καὶ λαθεῖν.] Aut deest aliquid, aut καὶ cum ἐστὶ eſt commutandum. Reisk. Mox Euseb: θυτέον μὲν τούτων τινὸς ἕνεκα. dein Meerm. vitioſe τοῦ χάριν pro τούτων χάριν.

13. Ζῶα. ταῖς γὰρ.] Apud Euseb. nonnulla praeterea verba interjeſta hic ſunt. ζῶα τὰ παράπαν τοῖς θεοῖς γὰρ &c quae ſequuntur. VICTORIUS. Immo vero Euseb: ibi finit teſtimonium quod e Noſtro ſumſerat. illa ταῖς γὰρ &c. ibi non leguntur. Notent tirones ἐξαλείφειν ἀληθές. proprie deungere: ceram qua tabulae erant obductae eradere, & hinc in genere expungere, delere.

I.

τὸν θεόν. τῶν μὲν οὖν ἀτίμων ζώων, ἃ μηδεμίαν εἰς τὸν βίον ἡμῖν παρέχεται χρείαν <sup>1</sup> κρείττω, οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν ἐχόντων, οὐδὲν θύομεν τοῖς θεοῖς· τίς γὰρ <sup>2</sup> πώποτε ἔθυσεν ὄφεις καὶ σκορπίους καὶ πιθήκους, ἢ ἡ τι τῶν τοιούτων ζώων; τῶν δὲ τοῖς βίοις ἡμῶν χρείαν τινὰ παρασχομένων, ἢ καὶ τι εἰς ἀπόλαυσιν ἐν αὐτοῖς ἐχόντων, οὐθενὸς ἀπεχόμεθα, σφάττοντες ὡς ἀληθῶς καὶ δέροντες <sup>3</sup> ἐπὶ προσασίας τοῦ θείου. βοῦς γὰρ καὶ πρόβατα, πρός τε τούτοις, ἐλάφους καὶ ὄρνιθας, αὐτούς τε τοὺς καθαριότητος μὲν οὐδὲν κοινωνοῦντας, ἀπόλαυσιν δὲ ἡμῖν παρέχοντας, σιάλους σφάττομεν τοῖς θεοῖς. ὦν τὰ μὲν, τοῖς βίοις ἡμῶν ἐπικουρεῖ συμπονοῦντα, τὰ δὲ, εἰς τροφήν ἢ τινὰς ἄλλας χρείας ἔχει βοήθειαν. τὰ δὲ οὐδὲν τούτων ὀρῶντα, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπόλαυσιν, ὁμοίως τοῖς ἔχουσι τὸ χρήσιμον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυται ταῖς θυσίαις· ἀλλ' οὐκ ὄνους, οὐδ' ἐλέφαντας, οὐδὲ

Nam ex iis animalibus, quae nulum ad uitam humanum usum praestant, nullamque in fruendo oblationem afferunt, nullum diis in sacrificium adhibemus. Quis enim aut serpentes, aut scorpios, aut simias, aut tale quicquam diis unquam sacrificauit? Sed quae uitae nostrae usui alicui sunt, quaeque aliquid ad fruendum in se habent, a nullo eorum abstinemus, sed sub praetextu numinis iugulamus reuera, & excoriamus. Boues enim & oues, nec non ceruos & aues, quin etiam ipsos qui munditiae nullius participes sunt, sed iucunditatem tamen nobis in fruendo afferunt, porcos diis mactamus. Quorum quidem alia laborando uitae humanae subsidio sunt: alia cibos, & caetera commoda nobis suppeditant: alia nihil ex his praestant: Sed ob solam fruendi cupiditatem, non secus atque ea quae utilia sunt, ab hominibus in sacrificiis occidi consueuerunt. Asinos autem, & elephantes, atque omnino ali-

1. Κρείττω, οὐδεμίαν ἀπολ. ε.] Initium huius vocabuli continet vitiosam iterationem vocabuli proximi χρείαν, & vestigia haud obsecura verborum omissoꝝ ἢ τῶν. quare locum sic legendum censeo, ἢ τῶν οὐδεμίαν. REISK. *Abreschius* κρείττω, τῶν τ' οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν ἐχόντων. mox *Meerm.* οὐδὲν θύομεν & ἢ πιθήκους, quod etiam est in *Rodl. Cod.*

2. ἢ τι τῶν τ. ζ.] Forte ἢ ἄλλο τι τῶν τ. ζ.

REISK. Mox in ταῖς βίοις nota nominis huius pluralem amari a Nostro. Ita supra I, 11. & alibi. homonymi vocabuli varias significationes diligenter evoluit *P. Leopard:* Emend: XI, 4.

3. Ἐπὶ προσασίας τοῦ θείου.] Forte σφάττοντες ὡς ἀληθῶς, καὶ δέροντες ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ ἀπολαύσει, προσποιητῶς δὲ ἐπὶ προσασίᾳ τοῦ θείου. Ἐπὶ προσασίᾳ est *per praetextum*, *sub obtentu.* REISK.

aliud quod licet collaborando adiumento fit, ad fruendum tamen eſt ineptum, minime ſacrificamus. Adde quod ſacrificiis etiam omiſſis ab huiuscemodi utilibus animalibus non abſtineamus, ſed ea uelcendi tantum cauſa occidimus. atque ex iis quoque quae apta ſacrificiis ſunt, non quae diis ſint gratiora, ſed quae cupiditatibus noſtris iucundiora ad fruendum ſint, maſtare conſueuimus. atque inde aduerſus nos ipſos teſtificamur, nos fruendae oblectationis noſtrae non deorum cauſa in ſacrificiorum obſervatione perſiſtere.

§ 26. Atqui ex Syris Iudaei qui ex ueteri illo primo ſacrificio adhuc quoque, ut inquit Theophrastus, animalia ſacrificant ſi eodem modo quo ipſi ſa-

δὲ ἄλλο τῶν συμπονούτων μὲν, οὐκ ἐχόντων δὲ ἀπόλαυσιν θύομεν. καίτοι καὶ χωρὶς γε τοῦ θύειν οὐκ ἀπεχόμεθα τῶν τοιούτων, σφάττοντες διὰ τὰς ἀπολαύσεις, καὶ θύομεν αὐτῶν τῶν θυσίμων, οὐ τὰ τοῖς θεοῖς, πολὺ δὲ μᾶλλον τὰ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις κεχαρισμένα, καταμαρτυροῦντες ἡμῶν τε αὐτῶν, ὅτι τῆς ἀπολαύσεως χάριν <sup>4</sup> ἐμμένομεν τοῖς θεοῖς, οὐ τοῖς θύμασιν.

§ 26. <sup>1</sup> Καίτοι Σύρων μὲν Ἰουδαῖοι διὰ τὴν <sup>2</sup> ἐξ ἀρχῆς θυσίαν, ἔτι καὶ νῦν <sup>3</sup> φησὶν ὁ Θεόφραστος ζωοθυτοῦν εἰ τὸν αὐτὸν

T 2

ἡ-

4. Ἐμμένομεν τοῖς θεοῖς, οὐ τοῖς θύμασι. Forte χάριν θύομεν τοῖς θεοῖς οὐ τῆς τιμῆς. nos ea Diis ſacra facere, quo victimis uelcamur, non quo Diis honorem habeamus. aut ſic ἐμμένομεν τοῖς θύμασιν, οὐ τῶν θεῶν inbaereſcimus uetustis ſacrificiorum religionibus, noſtrae voluptatis ergo, non Deorum. quam coniecturam videntur ſequentia magis, quam illam priorem confirmare. REISK. Pro οὐ Valent. ſubſtituerat καὶ. dedit forte ἐμμένομεν τῶν θεῶν οὐ, vel οὐ τῶν θεῶν. eo modo, quo Fel: accepit. Si τοῖς θεοῖς retineas, pulcre contendī poteſt locus Euang: Ioan: VI, 56. ἐν ἐμοὶ μένει, quem adſcripſerat Clar. Abreſch: & τοῖς θύμασι explicabat διὰ τὰ θύματα & τὰς θυſίας, αὐτὸ ἕνεκα τῶν θυμάτων. ἐμμένειν θύμασι dictum forte uti ἐμμένειν τοῖς πατρίοις L. IV, 8. τῇ ἀποχῇ ib. 16. νόμῳ, πίσει & ſimilia ὁσα κῶς. Latini manere in fide &c. Vid Erud. Siuueren ad Nepot. XVII, 2.

1. Καίτοι Σύρων μὲν Ἰουδαῖοι &c.] Haec uſque ad illa μέθοι δ' ἂν τις ἐπιβλέψας &c. exſcripſit Euseb. P. E. L. IX. p. 404. A. e quo

ad Eſſaeos pertinere colligas, (quae obſervatio mox nobis uſui erit) nam illis ſtatim ſubiungit καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ ---- περὶ τῶν αὐτῶν ἱεροῦ. ibi autem de Eſſenis ſermonem eſſe dubio vacat. Eſt apud Euseb. καὶ τοὶ δίδτι, ſed noſtrum & Miſſ. δίδτι recte expungere dicit Vigerus. de loco Theophrasti dictum ſupra.

2. Ἐξ ἀρχῆς θυſίαν.] Aut leg. δόξαν propter antiquitatem cerimoniae, aut potius διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς Ἀβραάμου θυſίαν. Propter illud Abrahamae ſacrificium, huius religionis primigenium exemplum. REISK.

3. Ζωοθυτοῦν &c.] Non videtur locus vitio carere. Apud Euseb. excuſum in IX. eorundem librorum legitur ζωοθυτοῦσιν. εἰ τὸν αὐτὸν ἡμᾶς τρόπον τις κελεύει θύειν. ſcriptus quem vidi, ζωοθυτοῦν τῶν εἰς habet. in reliquis conuenit illi cum expreſſio. nam quod initio huius exempli illic eſt, δίδτι videtur vitioſum eſſe, & ſane abeſt id verbum ab eodem ſcripto, ut a Porphyrio quoque. VICTORIUS.

Ζωοθυτοῦν εἰ τὸν αὐτὸν ἡμᾶς &c.] Ita legebatur. ex coniectura correxeram ζωοθυτοῦντες. in quo



dam precibus & uotis deum implorant. Hi enim & ex caeteris animalibus, & ex ſeſe ipsis neceſſitate, non cupiditate aliqua inducti ſacrificia obtulerunt. Id quod cognoscere inde quifpiam poſſet, ſi doctiſimos omnium Aegyptios inſpiceret qui ab interficiendis caeteris animalibus tantum abſuerunt, ut eorum imagines deorum imitationem ſibi eſſe conſtituerint adeo affinia ea & cognata diis, & hominibus eſſe exiſtimabant.

§ 27. A principio enim fructuum ſacrificia diis offerebantur. Procedente uero tempore cum fructuum inopia laborarent homines, & neglecta paulatim ſanctitate, ob legitimi alimenti defectum ad ſe mutuo comedendos inducti eſſent, tunc multis precibus & ſupplicationibus ad deum effuſis ex ſeſe ipsis immolationes faciebant, neque ſolum quicquid pulcherrimum inter ipſos erat, id diis conſecrabant: uerum etiam ultra ea quae erant pulcherrima haec generis ſui maſtatio progrediebatur. Ex qua quidem conſue-

διὰ τῶν εὐχῶν θεοκλυτοῦντες. κατήρξαντο γὰρ οὗτοι πρῶτοι τῶν τε λοιπῶν ζώων, καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀνάγκη καὶ οὐκ ἐπιθυμία τοῦτο πράξαντες. μάθοι δ' ἂν τις ἐπιβλέψας τοὺς <sup>8</sup> λογιωτάτους πάντων Αἰγυπτίους· οἳ τοσοῦτον ἀπέιχον τοῦ <sup>9</sup> φονεύειν τε τῶν λοιπῶν ζώων, ὥς τε τὰς τούτων εἰκόνας μιμήματα τῶν θεῶν ἐποιοῦντο. οὕτως οἰκεῖα καὶ συγγενῇ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἐνόμιζον εἶναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις.

§ 27. Ἀπ' ἀρχῆς μὲν γὰρ <sup>1</sup> αἱ τῶν καρπῶν ἐγίνοντο τοῖς θεοῖς θυσίαι. χρόνῳ δὲ, τῆς δσιότητος ἡμῶν ἐξαμελησάντων, ἐπεὶ καὶ τῶν καρπῶν ἐσπάνισαν, καὶ διὰ τὴν τῆς νομίμου τροφῆς ἔνδειαν εἰς τὸ σαρκοφάγειν ἀλλήλων ὥρμησαν, τότε μετὰ πολλῶν λιτῶν ἱκετεύοντες τὸ δαιμόνιον, σφῶν αὐτῶν ἀπήρξαντο τοῖς θεοῖς πρῶτον, οὐ μόνον <sup>2</sup> δ, τι κάλλιζον ἐνῆν αὐτοῖς καὶ τοῦτο τοῖς θεοῖς καθοσιοῦντες, ἀλλὰ καὶ πέρα τῶν καλλίσων προσεπιλαμβάνοντες τοῦ γένους· <sup>3</sup> ἀφ' οὗ μέχρι τοῦ

T 3

νῦν

8. Λογιωτάτους πάντων Αἰγυπτίους.] De Aegyptiorum ſapientia & eruditione omnia ſunt pervulgata. Vid: § 25. de religionis cultu eorum infra loquitur.

9. φονεύειν τε τῶν λ. ζ.] Lege τι. dein poſteſt μιμήματα defendi, malim tamen μνύματα *indicia, documenta, ſigna* legi. REISK.

1. Αἱ τῶν καρπῶν.] Forte διὰ. REISK. Sic

infra § 59. τὸ δὲ παλαιὸν διὰ τῶν καρπῶν ἔκ. Confer notata ſub finem § 5.

2. Ἀφ' οὗ μέχρι τοῦ νῦν &c.] Hiſce uſque ad illa καίπερ τῆς παρ' αὐτοῖς &c. utitur iterum *Eusebius* P. E. L. IV. p. 156. C. ſtatim pro οὗδ' ἐν *Lips. Cod.* οὐκ ἐν, cui paullo ante θεοῖς etiam decrat. utrumque male.

νῦν , οὐκ <sup>3</sup> ἐν Ἀρκαδίᾳ μόνον τοῖς  
Λυκαίοις , οὐδ' ἐν Καρχηδόνι τῷ  
Κρόνῳ κοινῇ πάντες ἀνθρωποθυτοῦ-  
σιν , <sup>4</sup> ἀλλὰ κατὰ περίοδον , τῆς  
τοῦ νομίμου χάριν μνήμης , <sup>5</sup> ἐμ-  
φύλιον αἷμα ραίνουσι πρὸς τοὺς βω-  
μοὺς , καίπερ τῆς παρ' αὐτοῖς <sup>6</sup>  
θυσίας ἐξεργούσης τῶν ἱερῶν , τοῖς  
περιρραντηρίοις κηρύγματι , εἴτις αἵ-  
ματος ἀριθμείου μεταίτιος . ἐντεῦθεν  
οὖν μεταβαίνοντες , ὑπάλλαγμα πρὸς  
τὰς θυσίας τῶν ἰδίων ἐποιοῦντο σω-  
μάτων τὰ τῶν λοιπῶν ζώων σώμα-  
τα , καὶ πάλιν κόρῳ τῆς νομίμου  
τροφῆς , εἰς <sup>7</sup> τὴν περὶ εὐσεβείας  
λήθην ἰόντες , ἐπιβαίνοντες ἀπλησί-  
αις ,

suetudine adhuc usque non in Ar-  
cadia tantum in Lycaeis , neque Car-  
thagine Saturno publice omnes ho-  
minum hostias mactant. Sed etiam  
ex anniuersario circuitu in instituti  
memoriam cognato sanguine aras  
inspergunt quamvis sacrificium apud  
ipsum eum a sacris arceat , lustra-  
tionum circumscriptione , & edicto ,  
si quis sanguinis humani & caedis  
auctor extiterit. Inde autem pro-  
mendum non est, ne ius erga ho-  
mines aliqua ex parte uiolamus,  
si sanctitatem erga deos seruaueri-  
mus. Ac Socrates quidem aduersus  
eos qui uoluptatem esse summum  
bonum afferebant, neque si om-  
nes sues & hirci id comproba-  
rent crediturum unquam se esse, in-

1. 'Ω Φίρμε Καστρίκιε.] De Firmo Castricio, quem ut ab errore κρεωφαγίας revocaret, hos libros conscripsit Porphyrius, diximus supra ad L. I. § 1. memoratur hoc nomen quoque *Synef*: Epist. 36.

2. Τοῦτο παραβραύσωμεν.] Forte παραβραύσωμεν. REISK. Id certe multo uilitatius, vide tamen *Sierb*: Thefi: παραβραύσματα fragmina vocat

*Pollux* IX p. 126. *Suidas*, sensu longe alio, παραβραύοντες. ταλαιπωροῦντες. ἀδυνατοῦντες.

3. Σύες καὶ τράγοι.] Quippe quae voluptati maxime student animalia, vides ideoque, cum hac de re sermo sit, saepius iungi, ut apud *Plutarch*: T. II. p. 1094. & alios. Mox ἡμῶν deest *Cod. Lipf*.

in uoluptate felicitatem noſtram eſſe ſitam aiebat, quoad intellectus in omnibus dominaretur. Nos uero, neque ſi omnes lupi & uultures carniū eſum laudent, unquam iuſta dicere his concedemus, quousque homo innoxius natura fuerit, & a comparandis ſibi ex aliena iniuria uoluptatibus abſtinuerit. Quo circa ad diſputationem de iuſtitia tranſeamus: ac quia eam erga ſimilia ſola pertingere aſſerunt, qui decreto huic contradicunt, & propterea irrationalia animalia a iure omni erga homines excludunt: age, nos ueram ſimul ac Pythagoricam hac de re opinionem proferamus atque animam omnem quae ſenſus & memoriae ſit particeps, rationalem quoque eſſe demonſtremus. Si enim demonſtratum hoc fuerit, ius ad omnia animalia ex eorum etiam ſententia pertinere conſtabit. Ea autem quae apud ueteres memoriae prodita ſunt, ſummatim referemus.

§ 2. Cum duplex igitur ratio, ſeu oratio ſit ex Stoicorum ſententia, alte-

ἂν ἐν τῷ ἡδεσθαι τὸ εὐδαιμον ἡμῶν κεῖσθαι, ἔς' ἂν νοῦς ἐν τοῖς πᾶσι κρατῇ. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἂν πάντες λύκοι ἢ γῦπες τὴν κρεωφαγίαν δοκιμάζουσιν, οὐ συγχωρήσομεν τούτοις δίκαια λέγειν, ἔς' ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀβλαβὲς ᾖ φύσει, καὶ ἀφεκτικὸν τοῦ διὰ τῆς ἄλλων βλάβης αὐτῷ τὰς ἡδονὰς πορίζεσθαι. ἐς οὖν τὸν περὶ τῆς δικαιοσύνης λόγον μεταβαίνοντες, ἐπεὶ περ ταύτην πρὸς τὰ ὁμοία δεῖν μόνον παρατείνειν εἰρήκα- σιν οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἄλογα 4 διαγράφουσι τῶν ζώων, φέρε ἡμεῖς τὴν ἀληθῆτε ὁμοῦ καὶ Πυθαγόρειαν δόξαν παρασχέσωμεν, 5 πᾶσαν ψυχὴν, ἣ μέτεσιν αἰσθήσεως καὶ μνήμης, λογικὴν ἐπιδεικνύν- τες· τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, εἰκότως ἂν καὶ κατὰ τούτους πρὸς πᾶν ζῶον τὸ δίκαιον παρατενοῦμεν. ἐροῦμεν δὲ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς συντόμως ἐπιτέμνοντες.

§ 2. Διττοῦ δὴ λόγου κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς σοφίας ὄντος, 1 τοῦ μὲν ἐν- δια-

4. Διαγράφουσι τῶν ζώων.] Διαγράφειν eſt lineam tranſverſam per aliquid ducere, & hinc aliquid expungere, de medio tollere. Vide quae de metaphorae ingenio diſputat Clar. Reiskius ad Polyb. Excerpt: p. 766. & Caſaub: ad Aſiben: II, 22.

5. Πᾶσαν ψυχὴν &c.] Id quippe Pythagoricae ἀποχῆς erat fundamentum, ideoque a Noſtro ſaepe inculcatur. Hinc in Vit. Py-

thag: dicit πάντα τὰ γινόμενα ἡμψυχα, ἡμογενή. vidimus alio in loco.

1. Τοῦ μὲν ἐνδιαθέτου, τοῦ δὲ προφ.] Diſtinctio vulgatiffima in ſcriptis Philoſophorum, ac veterum Chriſtianorum. λόγος ἐνδιάθετος, ſive ἐνθυμηματικὸς, interna ratio & προφορικὸς, oratio, ſermo. Utrique veteres Mercurium praeficiebant, qua de re Toll: lūn: Ital. p.

διαθέτου, τοῦ δὲ προφορικοῦ, καὶ πάλιν τοῦ μὲν <sup>2</sup> κατορθωμένου, τοῦ δὲ ἡμαρτημένου, ποτέρου ἀποσεροῦσι τὰ ζῶα, διαρθρῶσαι προσῆκον. ἄρά γε τοῦ ὀρθοῦ μόνου, οὐχ ἀπλῶς δὲ τοῦ λόγου; ἢ παντελῶς παντὸς <sup>3</sup> τοῦ τε ἔσω καὶ τοῦ ἔξω προϊόντος; εἰκόασι δὴ τὴν παντελῆ σέρησιν αὐτῶν κατηγορεῖν, οὐ τὴν τοῦ κατορθωμένου μόνον. οὕτω γὰρ ἂν οὐκ ἄλογα, λογικὰ δὲ ἦν ἔτι τὰ ζῶα, καθάπερ σχεδὸν πάντες κατ' αὐτοὺς οἱ ἄνθρωποι. σοφὸς μὲν γὰρ ἢ εἷς ἢ καὶ δύο κατ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἐν οἷς μόνοις ὁ λόγος κατορθοῦται, οἱ δὲ ἄλλοι Φαῦλοι πάντες· καὶ οἱ μὲν ὧσι προκόπτοντες, οἱ δὲ <sup>4</sup> χύσιν τῆς Φαυλότητος ἔχοντες, εἰ καὶ πάντες ὁμοίως λογικοί· ὑπὸ δὲ τῆς Φιλαυτίας προαγόμενοι, ἄλογά φασι τὰ ζῶα ἐφεξῆς τὰ ἄλ-

tera interna, hoc est ἐνδιαθετος, quae in animo disposita est, altera externa, quae uoce exprimitur, atque altera recta, altera deprauata: utra ex his animalia priuent, distinguendum uidetur. Num quid recta tantum, & non absolute omni ratione carere ipsa aiunt, an non omni prorsus tam quae intrinsecus est, quam quae extrinsecus procedit? Omnis sane rationis priuationem penitus attribuire ipsis uidentur, non solius rectae: nam alioqui non irrationalia, sed rationalia caetera quoque animalia non secus atque omnes fere homines apud ipsos haberentur: quippe cum sapientes ex eorum sententia uel unus, uel duo ad summum reperiantur, in quibus solis recta ratio conspiciatur: reliqui prauī omnes sint, quamuis alii aliquantulum proficiant, alii in prauitatis fusione ueluti detineantur. Omnes tamen nihilo minus rationales apud ipsos sunt. Stoici igitur ex nimia sui affectione inducti caetera omnia animalia ir-

153. Utrumque animantibus Noster in sequentibus adserit.

2. Κατορθωμένου.] Lege κατορθωμένου. per duplex ω & sic quoque vers. 10. REISK. Utique Graecismus ita postulat. passim hanc vocem & similia eo modo depravata inuenias, sed saepe virorum eruditorum curis iam restituta, ut apud Thom: M. in κατορθῶσαι, & alios. Recte hoc in loco Meerm. Cod. sed male paullo post κατορθωμένου.

3. Τοῦ τε ἔσω.] Forte τοῦ τε ἔσω ἐνοικοῦν-

τος, καὶ τοῦ ἔξω προϊόντος. REISK.

4. Χύσιν τῆς Φαυλ. ἔ.] Χύσιν eo sensu accepi, quo legitur in V. I. χύσιν, ἄβρυσιν, πλῆθες. VALENT. Χύσιν confirmatur § 10. εἰ καὶ μὴ οὕτω κέκυνται. unde constat significare profusam, proiedtam & effrenam audaciam. REISK. Bene vulgatum tuetur Vir Erud: Föggeroll: perperam volebat λύσιν. de voce προκόπτειν caimus L. II. § 52. Mox priores edd. ὑπὸ δὲ τῆς φιλαυτ. nec secus Meerm. Codex.

irrationalia appellant, nomine hoc irrationalis exprimere id uolentes, quod priuaturn omnino ratione est. At si uerum dicere oportet, non solum absolute ratio in omnibus animalibus spectatur, uerum etiam in multis ex ipsis ratio eiusmodi conspicitur, quae significationes prope ad perfectionem accedentes prae se ferant.

§ 3. Quoniam igitur duplex ratio atque oratio est, ut diximus, altera in animi dispositione, altera in pronuntiatione constituta: ab ea primum exordiemur quae profertur, atque in uoce consistit. Si itaque quae extrinsecus profertur, oratio uox est quae affectiones quae intus & in anima sunt, lingua significat, atque exprimit: haec enim communis diffinitio est nondum ulli secta addicta, sed quae solam orationis notionem declarat: quid quaeſo ex his deest caeteris animalibus quae uoce praedita sunt? Nonne etiam haec prius in anima afficiuntur, priusque cogitant, quam uoce exprimant. cogita-

ἄλλα σύμπαντα, τὴν παντελὴν ἐξέησιν τοῦ λόγου διὰ τῆς ἀλογίας μνηύειν ἐθέλοντες· καίτοι εἰ χρὴ τὰληθές εἰπεῖν, οὐ μόνον ἀπλῶς ὁ λόγος ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις θεωρεῖται, ἐν πολλοῖς δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ὑποβολὰς ἔχων πρὸς τὸ τέλειον.

§ 3. Ἐπεὶ τοίνυν διττὸς ἦν, ὁ μὲν ἐν τῇ προφορᾷ, ὁ δὲ ἐν τῇ διαθέσει, ἀρξάμεθα πρότερον ἀπὸ τοῦ προφορικοῦ, καὶ τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν τεταγμένου. Εἰ δὲ προφορικὸς ἐς λόγος φωνὴ διὰ γλώττης σημαντικὴ τῶν ἔνδον καὶ κατὰ ψυχὴν παθῶν (κοινοτάτη γὰρ ἡ ἀπόδοσις αὐτῇ, ἡ καὶ αἰρέσεως οὐδέπω ἔχομένη, ἀλλὰ μόνον τῆς τοῦ λόγου ἐννοίας,) τί τούτου ἅπερ τῶν ὅσα φθέγγεται; τί δὲ οὐχὶ καὶ ἂν ὁ πάσχει τῇ πρότερον, καὶ πρὶν εἰπεῖν ὃ μέλει διενόηθαι; λέγω  
E e δὴ

5. Ὑποβολὰς ἔχων.] Forte ἐπιβολὰς. *opportunitates*, *accessus*, *aditus*, *praeſidia*. REISK. Mallem ὑπερβολὰς. Dicit τὸν λόγον in animantibus non modo inueniri, sed ita inueniri, ut multo excellentior sit, quam in aliis. Sane in sequentibus prolixè ea de causa disputat, ut ostendat, illum in bestiis nonnullis magis valere quam in aliis, immo etiam quam in hominibus. male statim προσφορᾷ pro προφ. Meerm.

1. Καὶ αἰρέσεως οὐδέπω ἔχομένη.] Num διαίρεσεως. REISK. Bene expressisse puto *Felicitas*: αἵρεσις est *electio*, *optio*, uti αἵρεσιν & κρίσιν

*Demosth.* & alii iungunt, qua de re *Steph.* in *Thest.* alias πρόσκλησις *δογμάτων* ita definitur. Vide *Casaub.* ad *Diog. Laërt.* I, 20. Mox *Lips. Cod.* & *Meerm.* τῶν ζώων ὅσα φθέγγεται.

2. Πάσχει τῇ πρότερον.] Pro τῇ lege *ti. nonne uero etiam illa animantia omnia, quae sensu aliquo mouentur* (proprie *raitiuntur* aliquid) *id prius cogitant, quam eloquuntur.* REISK. Clar: *Abresch.* τῇ πρότερον, καὶ πρὶν εἰπεῖν ὃ μέλει, διανοήσει. Confer *Plut.* T. II. p. 961. C. Pro τῇ *Fogieroll.* etiam malebat *ti. Valent.* correxerat τὸ Pro

δὴ διάνοιαν τὸ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ  
 σιγὴν φωνοῦμεν. τοῦ τοίνυν ὑπὸ  
 τῆς γλώττης φωνηθέντος, (ὅπως  
 ἂν καὶ φωνηθῇ, εἴτε βαρβάρως,  
 εἴτε Ἑλληνικῶς, ἢ εἴτε κυνικῶς,  
 ἢ βοικῶς) λόγου γε ὄντος, μέτοχα  
 τὰ ζῶα φωνητικά, τῶν μὲν ἀν-  
 θρώπων, κατὰ νόμους τοὺς ἀνθρω-  
 πείους φθεγγομένων, τῶν δὲ ζώων  
 4 κατὰ νόμους, οὓς παρὰ τῶν θε-  
 ῶν, καὶ τῆς φύσεως εἰληχεν ἕκα-  
 ξον. εἰ δὲ μὴ 5 ἡμεῖς ξυνίεμεν, 6  
 τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ τῆς Ἰνδῶν οἱ  
 Ἑλληνες οὐδὲ τῆς Σκυθῶν, ἢ Θρα-  
 κῶν, ἢ Σύρων, οἱ ἐν τῇ Ἀττικῇ  
 τραφέντες· ἀλλ' ἴσα κλαγγὴ γερά-  
 νων, ὃ τῶν ἐτέρων τοῖς ἐτέροις ἡ-  
 χος προσπίπτει. καίτοι 7 ἐγγράμ-  
 ματος τοῖς ἐτέροις ἢ αὐτῶν καὶ ἐν-  
 αρθρος, ὡς καὶ ἡμῖν ἢ ἡμετέρα·  
 ἀν-

tionem enim id appello, quod in ani-  
 ma per silentium dicitur. Cum igitur  
 quicquid uoce per linguam effertur,  
 quomodocunque siue barbare, siue  
 graece, siue canine, siue equine ex-  
 pressum fuerit, oratio sit, eius cae-  
 tera quoque animalia quae uocem ha-  
 bent, capacia sunt: sed homines qui-  
 dem lege humana loquuntur, caetera  
 animalia uero ea lege qua a diis & na-  
 tura concessum unicuique est. Si uero  
 nos non intelligimus, quid id refert?  
 Nam neque Indorum Graeci, neque  
 Scytharum, uel Thracum, uel Syro-  
 rum qui in Attica educati sunt linguam  
 percipiunt. Sed non secus ac gruum  
 clangor alterius alteri uocis sonus ac-  
 cidere confuevit. cum tamen literata  
 & articulata sua cuiusque uox sit,  
 quem ad modum nobis nostra: illi-  
 te-

Pro δ, ut antea perperam legebatur, uterque  
 α. verum est δ. nec minus μέλλει. quod ful-  
 citur *Cod. Lips.* & *Meerm.* auctoritate.

3. Εἴτε κυνικῶς, ἢ βοικῶς.] Quod hic βοικῶς  
 id in Vita Pythag: 24. βοῖσι λαλεῖν dixit: vide  
 ibi *Holstenium*. ἀνθρωπικῶς φθέργεσθαι infra  
 § 4. mox τὰ ζῶα τὰ φωνητικά malebat *Reis-*  
*kiius*. & merito. idem praefert *Cod. Meerm.*

4. Κατὰ νόμους οὓς παρὰ —] Uti de Pla-  
 tone *Clem. Alex.* Strom. I. p. 338. C. οἴε-  
 ται δὲ καὶ ἀλόγων ζώων διαλέκτους εἶναι, ὧν  
 τὰ ὁμογενῆ ἐπακούειν. ubi plura hac de re.  
*Cod. Meerm.* ὡς εἰληχεν. saepe illi accidit,  
 ut syllaba praecedentis vocis temere repe-  
 tatur.

5. ἡμεῖς ξυνίεμεν &c.] Prorfus uti Noster,  
*Sexti. Empir.* I, 14. p. 20. εἰ καὶ μὴ συνίεμεν  
 πᾶς φωνῆς τῶν ἀλόγων καλουμένων ζώων, ὅλως

οὐκ ἐστὶν ἀπεικὸς διαλέγεσθαι μὲν ταῦτα, ἡμᾶς  
 δὲ μὴ συνίεναι. καὶ γὰρ τῆς τῶν βαρβάρων φωνῆς  
 ἀκούοντες οὐ συνίεμεν. ἀλλὰ μονοειδῆ ταύτην εἶναι  
 δοκοῦμεν. ubi plura hanc in rem *Cel. Fabric.*  
*Saepius* Noster in sequentibus id significat.

6. Τί τοῦτο;] Scilicet μέγα? quid hoc ma-  
 gnum est, aut τί τοῦτο πρὸς τὸ παρὸν *quid*  
*hoc ad rem praesentem?* uti infra *Sec.* 4.  
*REISK.* Formula sollempnis in interrogationi-  
 bus. *Demosib:* de Falf. Leg. p. 306. C. εἰ  
 δὲ μὴ πάρεισι Φωκεῖς, τί τοῦτο; & alii saepe.  
 Post τῆς Ἰνδῶν *Fogeroll:* διαλέκτου συνετοὶ in-  
 epte supplebat. γλώσσης ξυνίεσαι facile e sensu  
 intelligitur. Tum, οὐδὲ τῆς τῶν Σκυθῶν *Lips.*  
*Cod.*

7. Ἐγγράμματοις τοῖς ἐτέροις.] Subaudi οὕσα,  
 quamquam hoc praestaret addi. statim forte  
 ὧς

terata uero & inarticulata Syrorum, ſi ita incidat aut Perſarum nobis, ſicut caeterorum animalium omnibus hominibus uox accidit. Quemadmodum enim nos ſonitum quendam & ſtrepitum ſolum percipimus, Scytharum uerbi cauſa loquutionis imperiti: ita ut clangorem edere, & nihil dearticulate explicare, ſed uno quodam ſonitu longiore aut breuiore uti illi nobis uideantur: atque illa quidem ſoni uarietas in ſignificationem nullam omnino nobis cadit: illis uero ſicut nobis noſtra loquutio perceptu facilis occurrit, multamque diſtinctionem affert: eodem modo in caeteris animalibus accidit. Iſtis ſiquidem uox ſua cuiusque pro ſingulorum genere clara ac perceptibilis eſt: nobis ſonitus ſolus inanis ſignificatione omni carens auditur, atque id propterea euenit, quia nullum ex iſtis in lingua noſtra eruditum ea interprete explicare nobis ea quae apud caetera animalia dicerentur, potuerit. Si tamen credendum antiquis eſt; & iis qui aetate noſtra, & maiorum

ἄνθρωπος δὲ καὶ ἀγράμματος ἢ τῶν Σύρων φέρε εἰπεῖν ἢ τῶν Περσῶν, ὡς καὶ πᾶσιν, ἢ τῶν ζώων. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ψόφου μόνου ἀντιλαμβανόμεθα καὶ ἤχου, ἀξύνετοι ὄντες τῆς φέρε Συκυθῶν ὁμιλίας, καὶ κλαγγάζειν δοκοῦσιν, καὶ μὴδὲν διαρθροῦν, ἀλλ' ἐνὶ ψόφῳ χρῆσθαι μακροτέρῳ ἢ βραχυτέρῳ, τὸ παρηλλαγμένον δὲ αὐτοῦ εἰς ſημασίαν οὐδαμῶς προſπίπτει, ἐκείνοις δὲ εὐſύνετος ἢ φθέγξις, καὶ πολὺ τὸ διάφορον ἔχουσα, καθάπερ ἡμῖν ἢ ſυνήθης· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἢ ξύνεσις μὲν ἐκείνοις κατὰ γένος οἰκείως προſπίπτει, ἡμῖν δὲ ὁ ψόφος μόνος ἐξάκουστος, τῆς ſημασίας ἐκλείπουſης, <sup>8</sup> διὰ τὸ μὴδὲνα διδαχθέντα τὴν ἡμετέραν, διδάξαι ἡμᾶς διὰ τῆς ἡμετέρας τὴν ἐρμηνείαν τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς ζώοις. καίτοι εἰ δεῖ πιſεύειν τοῖς παλαιοῖς καὶ τοῖς <sup>9</sup> ἐφ' ἡμῶν καὶ τῶν πατέρων γεγονόſιν, <sup>10</sup> εἰ-

E e 2

σιν

ὡς καὶ ἡ ἡμετέρα ἡμῶν ἄνθρωπος τε καὶ ἀγράμματος. REISK.

8. Διὰ τὸ μὴδὲνα διδ.] Videtur hic aliquid deeſſe. Sententia quidem hoc flagitat. μὴδὲν διδαχθέντα τὴν ἐκείνων (ſcilicet γλῶτταν. vel φθέγξιν) εἰδόντα τὴν ἡμετέραν. neminem fuiſſe, qui cum noſtram teneret linguam, illorum, (animantium) orationem didiciſſet. REISK. Paulo ante ἰδίως προſπίπτει Meerm. Cod.

9. 'Εφ' ἡμῶν καὶ τῶν πατ. γεγ.] Centies obſervatum eſt ad ſcriptores ſacros & alios, loqui ſic Græcos de tempore, quo aliquid

accidit. Noſter II, 52. & IV, 17. &c.

10. Εἰσὶν οἱ λέγονται &c.] Antea perperam edebatur οἱ. De facultate illa voces animantium intelligendi, multi multa & olim & dein fabulati ſunt. V. Rittersb. ad Oppian. Cyneg. II, 540. Prudentiores aiunt beſtias inter ſe habere colloquia, eaque noſtris eſſe ſanctiora, quae quidem ipſi intelligunt, & ita eſſe rebus ipſis perſuadent, ut loquitur Celſus apud Origin. L. IV. p. 569. ubi plura hac de re diſputantur. Sapientiores haec fabulae loco habere, vel Daemonis indicio, vel

σιν οἱ λέγονται· ἐπακοῦσαι καὶ σύ-  
 νεσιν ἔχειν τῆς τῶν ζώων φθέγγε-  
 ως. ὡς ἐπὶ μὲν παλαιῶν ὁ Με-  
 λάμπους, καὶ ὁ Τειρεσίαις, καὶ  
 αἱ τοιοῦτοι, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ  
 11 Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. ἐφ' οὗ  
 καὶ λέγεται, ὅτι τοῖς ἐταίροις  
 συνόντος, χελιδόνος ἐπιστάτης καὶ  
 φθεγγαμένης, 12 εἰπεῖν, ὅτι μη-  
 κύει ἢ χελιδὼν ταῖς ἄλλαις ὄνον  
 πρὸ τοῦ ἄξεως πεπτωκέναι, σί-  
 του βασιάζοντα φορτίον, δὲ δὴ  
 κεχύσθαι εἰς τὴν γῆν, τοῦ 13  
 ἀχθοφοροῦντος πεπτωκότος. ἐταῖ-  
 ρος δὲ ἡμῶν ἐξηγεῖτό τις, οἰκέ-  
 του εὐτυχῆσαι παιδὸς, δὲ 14 πάν-  
 τα ξυνῇ τὰ φθέγματα τῶν ὀρ-  
 νίστων, καὶ ἦν πάντα μαντικά,  
 καὶ

rum nostrorum extiterunt, sunt qui  
 percepisse & intellexisse caeterorum a-  
 nimalium loquutionem dicantur. Sicut  
 & ueterum memoria Melampus & Tire-  
 fias, atque alii huius modi: & non  
 multo ante Apollonius Tyaneus: de  
 quo quidem fertur, quod cum in ami-  
 corum consuetudine esset, atque hi-  
 rundo aduolasset, ac nescio quid  
 cecinisset, eam dixerit aliis nuntiare,  
 ut accelerarent, propterea quod asi-  
 nus frumenti sarcina onustus extra ur-  
 bem cecidisset, atque id per terram  
 diffusum iaceret. Amicus uero qui-  
 dam noster narrare nobis solebat, se  
 seruum puerum forte quadam habuisse,  
 qui loquutiones auium optime perci-  
 peret, quae essent omnes diuinatrices,  
 &

vel a fraude humana profecta, scribit  
*Vossius* Idolol: L. II. c. 44. Contra quidam  
 populi memorantur, qui *ignari sermonis*  
*frident potius quam loquuntur*, ut e *Plin:*  
*V*, 8. *Solinus*. V. *Fabric:* ad *Sext: Empir:*  
*I*, 14. p. 20.

11. Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς.] *Philostratus* de  
 Apollonio idem narrat quod Noster, nisi quod  
*Porphyrius* pro passere hirundinem reponat,  
 proque frumento a puero effuso asinum cum  
 onere cecidisse. Qua in re nihil ἠσέσαστον,  
 adeoque inmerito culpatur ab *A. Delrio* Disq.  
 Mag. II, 19. Vid: *Vossius* de Idolol: III, 44.  
 Frumentum tamen passeri melius quam hi-  
 rundini convenit. de Apollonii hac sapientia  
 etiam *Euseb:* Contr: Hierocl: p. 518. C.

12. Εἰπεῖν.] Forte εἶπεν. ob praemissum  
 ὅτι. REISK. Vel εἶπεν, vel vacat alterum ὅτι.  
 ut solet saepius esse pleonasticum, cum sub-  
 iungitur infinitivus, ac si omnino ea parti-  
 cula non praececessisset, qua de re V. D. ad  
*Luc.* A&C. Apoc. XXVII, 10. & *Gronov:* ad

*Arrian:* Exped: II, 16. Pro ἐπιστάτης elegan-  
 ter *Abrescb:* coniciebat ἐπιπτάτης. Vulga-  
 tum verbum de iis quae subito apparent,  
 quaeque ab omnibus conspici queunt, fre-  
 quens est. Pro ἐφ' οὗ *Meerm.* ἐφ' οὗ. &  
 οἱ in *Cod.* illo permiscetur. male quoque  
 ἄξεω pro ἄξεως.

13. Ἀχθοφοροῦντος πεπτωκότος.] Utuntur hac  
 voce in re baiularia *Lucianus* & alii, ut  
 advertit *Iungerman:* ad *Polluc:* VII, 130.

14. Πάντα ξυνῇ τα.] Forte ξυνῇ. REISK.  
 Vel cum *Abrescbio* ξυνίει. centies turbatur  
 in conpositis ab εἶναι & ἵεναι. Pro συνέντες  
*Cod. Lips.* συνέντες infra § 5. συνέναι pro συ-  
 νέναι usurpatum contendit *Gatak:* ad *Anton:*  
*L. V.* § 7. sed vide quae ei opposuit *D'Or-*  
*vill:* ad *Charit:* L. V, 7. p. 467. quo ipso  
 tamen fatente, in verborum illorum con-  
 positis confusio omnino caveri non potest.  
 Paullo post pro πέμψειν legendum πέμψεται  
 male *Meerm.* dein ἐνορουσάσης,

ε.

& paulo poſt futura praeſentarent: priuatum uero ea intelligentia fuiſſe a matre ipſum aiebat, quae cum timeret, ne regi dono mitteretur, in aures dormientis imminerat.

§ 4. Caeterum ut haec ob incredulitatis affectum qui in nobis eſt inſitus, in praefentia omittamus, nonnullas nationes cognationem quandam habere ad animalium quorundam loquutionem percipiendam, nemo eſt, qui neſciat. Arabes coruorum, Tyrrheni aquilarum garritus intelligunt. Fortaſſe uero nos quoque, & alii omnes homines omnium animalium uoces perciperemus, ſi etiam noſtras aures draco abluiffet. Varietas fane & diuerſitas uocis eorum prae ſe ferre ſignificationem quandam procul dubio uidetur. Alio enim modo cum timent: alio cum uo-

καὶ τοῦ μετ' ὀλίγον μέλλοντος ἀγγελτικά· ἀφαιρεθῆναι δὲ τὴν σύνεσιν, τῆς μητρὸς εὐλαβηθείσης μὴ δ᾿ ἄρον αὐτὸν βασιλεῖ πέμψειεν, καὶ καθεύδοντος εἰς τὰ ὦτα ἐνουρησάσης.

§ 4. Ἄλλ' ἵνα ταῦτα παρῶμεν διὰ τὸ ξύμφυτον ἡμῖν πάθος τῆς ἀπιστίας, ἀλλὰ <sup>1</sup> τῶν γε ἐθνῶν εἰς ἔτι καὶ νῦν, ὅπως τινὰ ξυγγένειαν ἔχει πρὸς τινων ζώων σύνεσιν τῆς φθέγγεως, οὐδεὶς οἶμαι ἠγνόηκεν. <sup>2</sup> Ἄραβες μὲν κοράκων ἀκούουσιν· Τυρρῆνοί δ' αἰετῶν· τάχα δ' ἂν καὶ ἡμεῖς καὶ πάντες ἄνθρωποι συνετοὶ ἦμεν πάντων τῶν ζώων, εἰ καὶ <sup>3</sup> ἡμῶν τὰ ὦτα δράκων ἐνίψει. δηλοῖ γὰρ μὴν καὶ τὸ ποικίλον, καὶ διάφορον τῆς φθέγγεως αὐτῶν τὸ σημαντικόν, ἄλλως γοῦν ἀκούεται, ὅταν φοβῆται φθεγγόμενα, ἄλλως, ὅταν

E e 3 κα-

1. Τῶν γε ἐθνῶν εἰς ἔτι.] Forte τῶν ἐθνῶν τινὰ εἰς ἔτι καὶ νῦν. nam proximum τινὰ nequit ad ἐθνῶν referri, ſed redit ad ξυγγένειαν. REISK.

2. Ἄραβες μὲν κοράκων ἀκούουσιν.] Non corvis tantum, ſed aliis etiam avibus ad diuinandum utebantur Arabes. Euseb.: Contr: Hierocl: p. 518. ἔτι γὰρ τῶν Ἀραβίων κύκνων ἤδη, καὶ ὀρνίθων μαντευομένων ἀκούειν. ſed ibi pro κύκνων e Philostr: I, 14. unde haec ſunt ſumta, κοινὸν eſt reponendum. vidiffe iam animadverto Olearium. Eſt ἀκούειν intelligere, ut ſaepe. nihil itaque Hebraiſmo opus in illis S. Pauli I. ad Corinth. XIV, 2. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει. plura ibi Kypkiius. Arabes divinationibus huius generis admodum fuiſſe deditos,

multi nos docent. Vide Olear: ad Philostr: Apoll: I, 20. omina in primis e corvo faciebant, qui apud alias gentes etiam inter aves augurales, Apollini quippe ſacer, ut dicitur infra § 5. Conf. Bochart: Hieroz: I, 3. & Spanb: ad Callim: Hymn: in Apoll: 66. ſtatim Lipſ. & Meerm. πάντων ζώων, deleto τῶν.

3. Ἡμῶν τὰ ὦτα.] Vide Pſell: de Daemon: 142. Schol: Apollon: ad V, 118. VALENT.

Τὰ ὦτα δράκων ἐνίψει.] Credebant veteres a ſerpentibus etiam inſpirari vaticinandi peritiam. Notum quid de Melampode, quem tangit Noſter ſupra § 3. narrent, dracones aures eius lambendo ſermonis avium intellectum dediffe. De Helena & Caſſandra Schol:

καλῇ, ἄλλως, ὅταν εἰς τροφὴν παρακαλῇ, ἄλλως, ὅταν φιλοφρονῇται, ἄλλως, ὅταν 4 προκαλῇται εἰς μάχην, καὶ τοσοῦτόν ἐστι τὸ διάφορον, ὡς καὶ σφόδρα δυσπαρατήρητον τὴν παραλλαγὴν εἶναι διὰ τὸ πλῆθος καὶ τοῖς τὸν βίον εἰς τούτων τήρησιν καταθεμένοις. κορώνης γοῦν καὶ κόρακος οἰωνισαί, ἄχρι τινδς πλῆθους τὸ διάφορον σημειωσάμενοι, τὸ λοιπὸν εἶασαν, ὡς οὐκ ἂν ἀνθρώπῳ εὐπερίληπτον. 5 ὅταν δὲ πρὸς ἄλληλα φθέγγηται, φανερά τε καὶ εὐσημα, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ἡμῖν γινώριμα. εἰ φαίνεται δὲ καὶ ἡμᾶς μιμούμενα, καὶ τὴν ἐλλάδα γλώτταν ἐκμανθάνοντα, καὶ συνιέντα τῶν ἐφεσώτων, τίς οὕτως ἀναιδής, ὡς μὴ συγχωρεῖν εἶναι λογικὰ, διότι αὐτὸς οὐ συνίησιν, ὧν λέγουσιν. 6 κόρακες γοῦν καὶ κίτται, ἐ-

uocant: alio cum ad edendum inuitant: alio cum benigne se mutuo excipiunt: alio cum ad pugnam prouocant, clamare audiuntur. ac tanta quidem diuersitas est, ut difficilis admodum in his ob multitudinem distinctio obseruatu etiam illis sit, qui totam uitam in huiuscemodi negotio collocarunt. Nam augures garrittuum cornicis & corui usque ad quendam numerum obseruatione facta, reliqua omiserunt, ut pote quae percipi ab homine non facile possent. Quando autem inter se non loquuntur, manifeste significant, etiam si non omnibus nobis nota ea sint. Quod si & nos imitari, & graecam linguam discere, & intelligere eos qui praesunt, conspiciantur, quis adeo impudens erit, ut ea esse rationalia, propterea non concedat, quia ipse quae dicunt, minime percipiat? Corui enim & picac, &

Schol: *Eurip.*: ἐλθόντες ὅφεις καὶ τὰ αὐτῶν περιλείξαντες ὅτα, οὕτως δῆρυκδους ἐργάσαντο, ὡς μόνους τὰς τῶν θεῶν ἀκούειν βουλὰς, καὶ μόνους ἄκρους εἶναι. Plura alia hanc in rem legi possunt apud *Bochari*: Hieroz: I, 1, 3. & *Olear*: ad *Philost.*: Apoll: Tyan: I, 20.

4. Προκαλῇται εἰς μάχην.] Plene loquitur *Porphyrus*. Alias προκαλείσθαι simpliciter passim utuntur, cum de provocatione ad certamen & bellum sermo est. Solum excito *Kuhn*: ad *Aelian*: V. H. I, 24. Paullo ante εἰς ante τροφὴν perperam *Meerm.* omittebat.

5. Ὅταν δὲ πρὸς ἄλληλα φθ. ---] Cod. *Lipf.* μὴ addit post δὲ. sine dubio latet in eo μὲν. saepe illa duo μὲν & μὴ inter se permutantur. eo admissio possit locus ita reformari

ὅσα μὲν δὲ πρὸς ἄλληλα φθέγγεται φανερά τε (scilicet ἐστὶ) καὶ εὐσημα. hoc sumto potest εἰ ante φαίνεται δὲ locum tueri. Quod si autem sic locum constituimus ὅταν δὲ πρὸς μὲν ἄλληλα φθέγγεται φανερά τε --- tum εἰ debet tolli. nil refert utram viam sequaris. *REISK.* *Codicis Lipsiensis* scripturam expressit etiam *Meerm.* & interpre. vere, ut opinor. peccat autem *Lipf.* paullo ante, cum καὶ ante κόρακος omittat & *Meerm.* qui η & οἱ iterum confundens, καταθεμένης. *Wetsten*: cum hisce contendit εὐσημον λόγον *Paulli* I. ad Corinth. XIV, 9.

6. Κόρακες γοῦν καὶ κίτται &c.] *Perf.* in prol. 8. Quis expellit psittaco suum χῆρε *Picasque docuit verba nostra conari?*

U.

& erithaci, & pſittaci homines imitantur, memoresque eorum ſunt, quae audiunt, & dum docentur docentem auſcultant, ac percipiunt. Quin multi etiam his quae didicerant, peccantes in domo indicarunt, ac manifeſtarunt. Indica uero hyena, quam corocottam indigenae appellant etiam ſine ullo praeceptore ita humanum in morem loquitur, ut uentitare ad domos ſoleat, & euocare, quemcunque a ſe facile expugnari poſſe cognouit. cariffimi enim, & eius cui omnino obſequeretur uocatus, loquutione imitatur: ita ut Indi licet id ſciant, ex ſimilitudine decepti, ac uoci obſequentes, atque egredientes abſumantur, & percant. Quod ſi non omnia animalia

i.

ἐριθακοίτε, καὶ ψιττακοὶ ἀνθρώπους μιμοῦνται, καὶ μέμνηνται ὧν ἂν ἀκούσωσι, καὶ διδασκόμενοι ὑπακούουσι τῷ διδάσκοντι, καὶ πολλοὶ γε ἐμνήσαν, δι' ὧν ἐδιδάχθησαν, καὶ τοὺς ἀμαρτάνοντας κατὰ τὸν οἶκον. ἢ δ' 7 Ἰνδικὴ ὕαινα, ἣν Κροκότταν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, καὶ ἄνευ διδασκάλου οὕτω 8 φθέγγεται ἀνθρωπικῶς, ὥς καὶ ἐπιφοιτᾷν ταῖς οἰκίαις, καὶ καλεῖν ὃν ἴδῃ εὐχέειρωτον αὐτῇ, καὶ 9 μιμεῖται γὰρ τοῦ Φιλτάτου, 10 καὶ ὃ ἂν πάντως ὑπακούσειεν ὁ κληθεὶς τὸ φθέγμα· ὥς καὶ περ εἰδότες τοὺς Ἰνδοὺς διὰ τῆς ὁμοιότητος ἐξαπατᾶσθαι, καὶ ἀναλίσκεσθαι ἐξίοντασ τε καὶ πρὸς τὸ φθέγμα ὑπακούοντας. εἰδὲ μὴ πάντα μιμεῖται,

καὶ

Ubi de aliis huius generis avibus & ſingulari quarumdam ingenio *Casaub.* Noſtri non oblitus. de loquela beſtiarum fuſe differentem lege *Voffium* de Idolol: L. III, 44. & de avium ſermone ibid. cap. 89. paullo ante *Meerm.* εἰ φαίνεται.

7. Ἰνδικὴ ὕαινα ἣν Κροκότταν — καλοῦσι.] *Corocotta* ſpecies hyaenae, quam alii e cane & lupo, alii ex hyaena & leaena gigni ſcribunt. Vide *Weſſeling*: ad *Diod. Sic.* L. III, 35. Aliqui diſtinguunt haec animantia, calidam tamen illam malignitatem, cuius Noſter meminit, utrique tribuunt. Vide *Aelian*: H. A. VII, 22. hyenam humani ſermonis haud prorfus ignaram plerique tradunt, vocis autem imitationem crocutae poſſimum tribuunt. Multa ſunt rei teſtimonia, ſed quae falſitatis arguit *Voffius* de Idolol: L. III, 59. *Cod. Lipſ.* habet *κοροκότταν*, & ſic quoque in indiculo in margine adſcripto, *περὶ*

Ἰνδικῆς δαίνης, ἣ καὶ κοροκόττα καλεῖται: nec ſecus *Meerm.* niſi quod in margine ſit Ση *περὶ* τῆς ἰ. ὕ. ἣ καὶ κοροκόττα κ. idque temere damnari non debet. licet enim tribus ſyllabis vox paſſim efferatur, *Aelian*: tamen l. c. *κοροκότταν* etiam adpellat. *Corocottam* dedit quoque *Felician*: & ſic ſemper fere ſcriptum inveniri apud Latinos in melioris notae libris, obſervavit *Salmaſ*: ad *Capitol*: in Anton: P. c. 10.

8. φθέγγεται ἀνθρωπικῶς.] Id μιμεῖσθαι τῶν ἀνθρώπων διάλεκτον dixit *Diod. Sic. III*, 35. καλεῖν κυνικῶς ἢ βοικῶς ſupra § 3. nobis occurrebat.

9. Μιμεῖται γὰρ τοῦ.] Lipſ. habet μιμεῖσθαι. male & ambigue, ut neſcias utrum μιμεῖται an μιμεῖσθαι voluerit. ſed μιμεῖσθαι praefare videtur. REISK.

10. Καὶ ὃν ἂν π. ὑπ.] Sic edidit *Valent*. neſcio unde iſtud ὃν acceperit. Priores re-

καὶ μὴ δὲ πάντα <sup>11</sup> εὐμαθεῖ τῆς ἡμετέρας, τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος πᾶς εὐμαθὴς ἢ μιμητικὸς, οὐχ ὅτι τῆς τῶν ζώων, ἀλλ' οὐδὲ <sup>12</sup> πέντε που διαλέκτων τῶν παρ' ἀνθρώποις. τινὰ δὲ καὶ τῷ μὴ διδάσκεσθαι ἴσως οὐ φθέγγεται, ἢ καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ὀργάνων τῶν τῆς φωνῆς ἐμποδίζεσθαι. ἡμεῖς γοῦν <sup>13</sup> κατὰ Καρχηδόνα πέρδικος ἐπιπτάντος ἡμέρου, τρέφοντες τοῦτον, τοῦ χρόνου προϊόντος καὶ τῆς συνηθείας εἰς πολλὴν ἡμερότητα αὐτὸν μεταβαλοῦσης, οὐ μόνον σαίνοντος καὶ θεραπεύοντος ἡσθόμεθα καὶ προσπαίζοντος, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀντιφθεγγομένου πρὸς τὸ ἡμέτερον φθέγμα, καὶ καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀποκρινομένου, ἀλλοίως ἢ καὶ καλεῖν ἀλλήλους εἰώθασιν οἱ πέρδικες, οὐκουν σιωπῶντος, φθεγξαμένου δ' ἀντεφθέγγατο μόνον.

§ 5.

§ 5.

Ac habent § ἂν π. ὑπ. & sic etiam *Lipf. Cod.* ac *Meerm.* iure itaque emendavi.

11. Εὐμαθεῖ τῆς ἡμετέρας.] Non sollicito vulgatum, praeferrem tamen hoc loco εὐμαθῇ ab εὐμαθῆς ut ἐστὶ subaudiatur. *REISK.* Optime sic etiam *Meerm. Cod. Clar. A-bresch:* καὶ μηδὲ πάντα εὐμαθῇ τῆς ἡμετέρας. qui μηδὲ pro simplici μὴ positum notabat, ut καὶ οὐδὲ pro καὶ οὐ in *Philoftr.* p. 270.

12. Πέντε που διαλέκτων ----] *Clem. Alex. Strom:* I. p. 338. B. φασι δὲ οἱ Ἕλληνες διαλέκτους εἶναι τὰς παρὰ σφίσι πέντε ---- ἀπεριλήπτους δὲ οὖσας τὰς βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. *Meerm. που*

omittit.

13. Κατὰ Καρχηδόνα πέρδικος.] Forte Καρχήδονα aut Χαλκηδόνα, ut Calchedon vel Chalcedon, urbs olim nobilis Bithyniae designetur, non Carthago illa Libyca, quo accessisse Porphyrius non videtur. *REISK.* Saepius haec nomina inter se permiscuntur. Vide *Olear:* ad *Philoftr.* Vit. Soph. I, 14. *Holstenio* in Vit. Nostri cap. 2. probabile est, Porphyrium ex Lilybaeo Karthaginem traicisse. Nec secus *Fabric:* Bibl. Graec. L. IV. c. 27. p. 193. de cicuribus Turcorum perdicibus haud iniucunda leges apud *Busbeq:* Leg. Perf. Epist. 3. p. 121.

I.

§ 5. Ex uoce item carentibus animalibus ita promte nonnulla obſequuta fuiffe dominis commemorantur, ſicut ex hominibus nemo. Craſſi enim Romani Muraena ita erat aſſueta, ut dum nomine uocaretur, ad ipſum accederet. quo quidem obſequio ita animum eius affecerat, ut qui trium filiorum amiſſionem antea mediocriter tulerat, mortuam ipſam luxerit. Multi quoque anguillas in Arethuſa, & ſaperdas circa Maeandrum uocantes audire memoriae tradiderunt. Dicentis igitur imaginatio ſiue exeat in linguam, ſiue non exeat, eadem procul dubio eſt. Quare quo pacto abſurdum non ſit, ſi ſolam hominis uocem orationem uelimus appellare, propterea quod a nobis percipitur, reliquas caeterorum animalium repudiemus, non uideo. Perinde enim eſt ac ſi corui ſolam ſuam orationem eſſe cenſerent, nos uero irracionales propterea putarent, quia non perſpicua ipſis loquamur: aut Attici ſolam Atticam uocem orationem

es-

§ 5. Ἴſορεῖται δὲ καὶ τῶν ἀφθόγγων <sup>1</sup> οὕτως ἐτοίμως ὑπακούειν τοῖς δεſπόταις, ὥς οὐκ <sup>2</sup> ἄνθρωπος τῶν ſυνήθων. ἢ γοῦν <sup>3</sup> Κράſσου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μύραινα ὀνομαζὶ καλουμένη, προσήει τῷ Κράσσῳ, ὃν καὶ οὕτως διέθηκεν, ὥς πενήθσαι ἀποθανοῦσαν, τριῶν τέκνων ἀποβολὴν πρότερον μετρίως ἐνεγκόντα. <sup>4</sup> καὶ ἐγγέλεις δὲ πολλοὶ ἰζόρησαν τὰς ἐν Ἀρεθοῦſῃ, καὶ Σαπέρδας τοὺς περὶ Μαίανδρον ὑπακούοντας τοῖς καλοῦσιν. αὐκοῦν Φανταſία ἢ αὐτὴ τῇ τοῦ λέγοντος, ἐὰν δ' ἐπὶ γλῶτταν ἐξικνῆται, ἐὰν τε μή; πᾶς οὖν οὐκ ἄγνωμον μόνην λόγον τὴν ἀνθρώπου φωνὴν λέγειν, ὅτι ἡμῖν ξυνετὴ, τὴν δὲ τῶν ἄλλων ζώων παραιτεῖσθαι; ὅμοιον γὰρ ὥς εἰ κέρακες τὴν σφῶν μόνην ἡξίουσιν εἶναι φωνὴν, ἡμᾶς δ' εἶναι ἀλόγους, διότι οὐκ αὐτοῖς εὖσημα φθεγγόμεθα· ἢ οἱ Ἀττικοὶ, εἰ μόνην τὴν Ἀτθίδα ἔλεγον φωνὴν, τοὺς δ' ἄλ-

F f

ἀλ-

1. Οὕτως ἐτοίμως.] Ante οὕτως videtur deſſe τινα. VALENT. Forte τῶν ἀφθόγγων τινα. REISK. Id quoque adpoſuerat *Lugd. editor*, niſi per ellipſin, ut ſacpius, ſupprimatur. paullo ante, poſt ἁλλοίως comma ponit *Meerm.* & καὶ omittit.

2. Ἄνθρωπος τῶν ſυνήθων.] Forte ὥς οὐκ ἐν ἄνθρωπος τῇ ſυνήθει. aut τινὶ τῶν ſυνήθων. REISK.

3. Κράſſου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μύραινα &c.] Aut Ῥωμαῖον, aut τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ſτρατηγού. REISK. Rem ipſam plures prodiderunt. Vide *Aelian.* H. A. VIII, 4. & quae ibi *Gronov.* de

piſcibus Baianis *Martial.* IV, 23.

Quid quod nomen habent, & ad magiſtri

Vocem quiſque ſui venit citatus.

De aliis animantibus ſimilia legas apud *Fabric.* ad *Sext.* *Empir.* I, 14. quibus plura exempla, non minus mirabilia, ex antiquis & recentioribus facile poſſent addi. Conf. *Casaub.* ad *Athen.* VIII, 1.

4. Καὶ ἐγγέλεις δὲ πολλοὶ —] Inter piſces. cicures & manſuetos καὶ οἷοι καλούμενοι ὑπακούειν, eſt etiam ἡ ἐν Ἀρεθοῦſῃ ἱερὰ ἐγγελευς

ἄλλους ἀλόγους ἡγοῦντο, τοὺς λέξεως Ἀττικῆς ἀμοιροῦντας. καίτοι θᾶπτον ἂν κέρακος ξύνεσιν λάβοι ὁ Ἀττικὸς ἢ Σύρου, ἢ Πέρσου, συρίζοντος καὶ περσίζοντος. ἀλλὰ μήποτε ἄτοπον ἐκ τῆς εὐξυνέτου φθέγγεως ἢ μὴ, ἢ τῆς σιγῆς καὶ φωνῆς, τὸ λογικὸν κρίνειν καὶ τὸ ἄλογον. οὕτω γὰρ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν καὶ τοὺς ἄλλους, <sup>5</sup> τῷδε μὴ φθέγγεσθαι, φαίη ἂν τις μὴ εἶναι λογικούς. ἀλλ' οἱ γε θεοὶ σιγῶντες μηνύουσι, καὶ συνίασιν αὐτῶν ὄρνιθες θᾶπτον ἢ ἄνθρωποι, <sup>6</sup> καὶ συνιέντες ἀπαγγέλλουσιν ὡς δύνανται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ κήρυκες ἄλλοι ἄλλων θεῶν. <sup>7</sup> ὣν Διὸς μὲν ἀετὸς, <sup>8</sup> Ἀπόλλωνος δὲ ἰέραξ καὶ κόραξ, Ἡρᾶς δὲ πελαρ-

esse dicerent, caeteros autem qui Atticae loquutionis essent expertes, irracionales esse existimarent. Et tamen corui uocem citius perciperet Atticus, quam Syri, aut Persae; Syrice, & Persice loquentium. Sed ex perceptione & ignorance loquutionis, aut ex silentio & uoce rationale & irracionales iudicare consentaneum non est. Propterea quod eadem de causa & deum qui supra omnes est, & caeteros omnes quia non loquuntur, non esse rationales dicere quispiam posset. Sed dii quidem tacendo res indicant. & eorum significationes aues celerius, quam homines percipiunt, & percipientes nobis eo quo possunt modo, denuntiant. Et aliae aliorum deorum nunciae hominibus sunt: Iouis aquila: Apollinis accipiter & coruus: Iunonis ci-

co-

apud *Aelian*: H. A. VIII, 4. ubi vide *Gronovium*. pro σαπίδας *Meerm.* σαπίδας. & pro κηλοῦσιν idem λαλοῦσιν. Paullo post εἰς τε ἐπὶ γλωτταν corripiebat *Abreschius*. idque firmat *Meerm. codex*: sed dein male idem λέγει pro λέγειν.

5. Τῷδε μὴ φθέγγεσθαι.] Τῷ μὴδὲν φθέγγεσθαι, vel potius sic. τῷ μὴ φθέγγεσθαι φαίη ἂν τις μὴδὲ εἶναι λογικούς. REISK. Τῷ μὴδὲ etiam *Meerm.* qui paullo ante οὕτως pro οὕτω. In *Lips. Cod.* erat τῷ δὲ μὴ, id quidem male, sed voluit forsan τῷ δὲ.

6. Καὶ συνιέντες &c.] *Lips. Cod.* ac *Meerm.* συνιέντες. dixi supra. Aves consciae futuri, Deorumque κήρυκες & interpretes esse credabantur. Haec quippe & alia animantia artiorum cum Deo societatem habent, & homines docent ea, quae Deus ipsis retexit, ut loquitur *Celsus* apud *Orig.* L. IV. p. 569. ubi plura hac de re. Hinc itaque ἡγγελος

ὄρνις apud *Apol. Rhod.* III. vers. 1111. Euripides θεῶν κήρυκας adpellat. Vide *Plut.* T. II. p. 975. A. & *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Iov. 68. post δύνανται sequitur in *Meerm.* νῦν μὲν ὅτι διώκει, νῦν δὲ ὅτι ἔλαβεν, καὶ πλανώμενον, ὅτι πλανᾷται. quae iusto in loco paullo post iterum leguntur, nisi quod priora illa, νῦν δὲ ὅτι διώκει ibi omittat.

7. ὣν Διὸς μὲν ἀετ.] Pro ὣν videbatur commodius ὡς. VALENT. Habet quidem ὣν quo se tueri possit, malim tamen existimare e sine vocabuli praecedentis ortum esse, quam cum *Fogeroll.* & *Valent.* ὡς substituere. Bene Iovi sacrabant aquilam. avis haec vere regia. *Diod. Sic.* I, 87. τὸν δὲ ἀετὸν Θηβαῖοι τιμᾶσι διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι δοκεῖν τοῦτο τὸ ζῷον καὶ τοῦ Διὸς ἄξιον.

8. Ἀπόλλωνος δὲ ἰέραξ καὶ κόραξ.] Ut aquila Iovi, sic hae volucres Apollini, seu Soli apud Aegyptios aliasque gentes sacrae. E numis ve-

conia : crex & noctua Mineruae : Cereris grus , ac caeterorum aliae. Quin etiam ex nobis ii qui obſervant, & ſimul cum aliquibus animalibus uitam traducunt , quid ſibi uelint ipſorum uoces agnoſcunt. Venator ſiquidem ex laratus diuerſitate canem modo , quaerere leporem , modo inueniſſe modo cepiſſe , modo temere uagari animaduertit. Bubulcus item bouem alias eſurire , alias ſitire nunc defatigatum eſſe , nunc in uenerem incitari , modo uitulum quaerere ex uario mugitu eius intelligit. Leo quoque rugitu minas praeſert : ſicut lupus ululatu afflicti ſe indicat. Balandi etiam oues qua re indigeant , paſtoribus perſpectum eſt.

§ 6. Sed neque ipſas hominum uox latet , ſiue irascentur , ſiue blandiantur ,

λαργός , Ἀθηνᾶς δὲ αὖ κρέξ τε , καὶ γλαῦξ , καὶ Δήμητρος γέρωνος , ὅς ὡς ἄλλων ἄλλο. καὶ μὴν καὶ ἡμῶν οἱ παρατηροῦντες , καὶ οἱ σύντροφοι γιγνώσκουσιν αὐτῶν τὰ φθέγματα. <sup>10</sup> ὁ γοῦν κυνηγέτης ἀπὸ τῆς <sup>11</sup> ὑποκρίσεως ἤσθετο τοῦ κυνὸς ὑλακτοῦντος , νῦν μὲν ὅτι ζητεῖ τὸν λαγὼν , νῦν δὲ ὅτι εὗρεν , νῦν δὲ ὅτι διώκει , νῦν δὲ ὅτι ἔλαβεν , καὶ πλανωμένου , ὅτι πλανάται. καὶ ὁ βουκόλος οἶδεν <sup>12</sup> νῦν μὲν , ὅτι ἡ βοῦς πεινῇ , ἢ διψῇ , ἢ κέκμηκεν , ἢ ὀργᾷ , ἢ τὸν μὀσχον ζητεῖ. καὶ <sup>13</sup> λέων βρυχώμενος δηλοῖ ὅτι ἀπειλεῖ , καὶ λύκος ὠρυόμενος , ὅτι κακῶς πράσσει , <sup>14</sup> καὶ οἷς βληχόμεναι οὐκ ἔλαθον τὸν ποιμένα , ὅτου δέονται.

§ 6. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνα ἔλαθεν ἢ τῶν ἀνθρώπων φωνή ,

F f 2

οὐκ

veterumque testimoniis id conprobavit , reique cauſas expoſuit *Cuper* : in Harpocr. p. 70. De accipitre quaedam etiam dicuntur infra L. IV. 9.

9. Ὡς ἄλλων ἄλλο.] Ὡς delendum videtur , tum legendum ἄλλων ἄλλα. REISK. Vel , quod *Abreſchbio* placebat , ὡς ἄλλων ἄλλοι. delet *Meerm.* καὶ ante ἡμῶν.

10. Ὁ γοῦν κυνηγέτης ---] Pro eadem cauſa diſputat *Sext. Empir.* Pyrrh. Hyp. I. 14. p. 21. καὶ ἀκούομεν δὲ τῶν κυνῶν , ἄλλην μὲν φωνὴν προϊεμένων , ὅταν ἀμύνωνται τινος. ἄλλην δὲ , ὅταν ὀρύονται , καὶ ἄλλην , ὅταν τύπνυνται. καὶ διάφορον ἑπὶ αἰνῶσι.

11. Ὑποκρίσεως.] Ὑπόκρισις h. loco eſt certa quaedam vocis , alias alia , pro mentis affectione , compoſitio & modulatio. REISK.

12. Νῦν μὲν , ὅτι ἡ βοῦς π.] Aut νῦν μὲν eſt delendum , aut eo ſervato legendum ὅτι ἡ βοῦς πεινῇ , νῦν δὲ ὅτι διψῇ , ἢ κέκμηκεν. νῦν δὲ pro *alias* habet infra. νῦν δὲ αὐτοὶ καὶ κύκνον. REISK. Vide ad § 16.

13. Λέων βρυχώμενος --- λύκος ὠρυόμενος.] Utitur vocabulis , quae de belluis iſtis proprie adhiberi ſolent , qua de re ſupra diximus. Nihil tamen inſolens in illis *S. Petri I, V, 8.* ὡς λέων ὠρυόμενος , ut ad illum locum pulcre oſtendit *L. Boſſius*.

14. Καὶ οἷς βληχόμεναι.] Ita infra L. IV. § 7. ἅς καλοῦσι βλῆς. Reperiuntur huius generis alii etiam plurales , quod monuiſſe ſufficit. Adi *D'Orville* : ad *Char. IV, 7. p. 423.* noſtris exemplis qui utitur.

I.

οὐκ ὀργιζομένων, οὐ φιλοφρονουμένων, οὐ καλούντων, οὐχ ἡ διώκουσα, οὐχ ἡ αἰτοῦσα, οὐχ ἡ διδοῦσα, οὐδεμία ἀπλῶς, ἀλλὰ πάσαις οἰκείως ὑπήκουσαν. ὅπερ ἀδύνατον ποιεῖν μὴ τοῦ ὁμοίου τῇ συνέσει τῷ ὁμοίῳ ἐνεργοῦντος. σωφρονίζονται δὲ καὶ μέλεσι, καὶ ἡμεροὶ <sup>1</sup> ἐξ ἀγρίων γίνονται ἔλαφοι, καὶ ταῦροι, καὶ ἕτερα ζῶα. <sup>2</sup> διαλεκτικῆς μὲν αὐτοὶ φασιν, οἱ τὸ ἄλογον αὐτῶν καταψηφίζόμενοι, ἐπαίειν τοὺς κύνας, <sup>3</sup> κεχρῆσθαι τε τῷ διὰ πλείονων διεzeugμένῳ, ἰχνεύοντας, ὅταν εἰς τριόδους ἀφίκωνται. ἦτοι γὰρ ταύτην, ἡ ἐκείνην, ἡ τὴν ἐτέραν, ἀπεληλυθέναι τὸ θηρίον· οὔτε δὲ ταύτην, οὔτε ταύτην· ταύτην ἄρα, καθ' ἣν λοιπὸν καὶ διώκειν. ἀλλ' ἔτοιμον λέγειν, φύσει ταῦτα ποιεῖν, ὅτι μηδεὶς αὐτὰ ἐξεδίδαξεν. ὥς δὴ καὶ ἡμῶν τὸν λόγον οὐ φύσει κεκληρωμένων, <sup>4</sup> εἰ καὶ

tur, siue uocent, siue fugent, siue petere, aut dare quicquam uelint: sed omnibus huiuscemodi uocibus accommodata obtemperare conspiciuntur. Id quod fieri nullo modo posset, nisi quod simile intelligentia est, ad simile responderet. Mitigantur etiam modulationibus quibusdam cerui, & tauri, & alia animalia, & ex agrestibus mansueti redduntur. Adde quod illi etiam ipsi qui irrationalia esse caetera animalia decernunt, dialecticae quodam modo capaces esse canes asserunt, utique eo proposito quod ex pluribus distinctum appellant, dum feras inuestigando in trivium aliquod peruenerint. Ita enim eos ratiocinari aiunt, uel hac, uel istac, uel illac fera abiit. sed neque hac, neque istac: ergo illac aufugit: quod ubi collegerunt, se in cursum illac coniiicere solere. Tametsi in promptu esse ipsis responsio potest, quod insita haec natura habeant canes, propterea quod a nemine fuerint edocti: quasi uidelicet nos quoque

1. Ἐξ ἀγρίων &c.] Adscripserat Clar: *Adreschb*: locum *Eustath.* ad *Homer.* *Iliad*: I. p. 284. ult. Paulo ante illa οὐχ ἡ αἰτοῦσα perperam desiderantur in *Cod. Lips.*

2. Διαλεκτικῆς μὲν αὐτοὶ.] *Lipsiensis* dat διαλεκτικῆς μὲν γὰρ αὐτοὶ. quod non sprevero. & sic etiam *Meerm.*

3. Κεχρῆσθαι τε τῷ διὰ πλ. διεζ. &c.] Sumfit e *Plutarcho*, apud quem haec etiam legas T. II. p. 969. A. De rationis vestigiis, in brutis animantibus obviis, multi multa. Vide quos laudat *Fabric.* ad *Sext. Empir.* I, 14. plura de hac re ad § 7. dein *Meerm.*

οὔτε δ. τ. οὔδε ταυτ. de qua formula 2. libi.

4. Εἰ καὶ τινα τίθεμεν —] Locum hunc non intelligo. suspicatus quidem sum aliquando. ἡ καὶ οὐ λόγῳ τινα τίθεμενων τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς διὰ τὸ — αὐτὸν quasi non ratione alia aliis animantibus nomina inponeremus, propterea quod naturali gaudemus eius rei facultate. sed non multo melior, neque dilucidior eo videtur fieri sententia. interim melius nil succurrit. *Reisk.* Omnes conspirant *codd.* in αὐτοῖς, quomodo *Felic.* etiam legit. *Valent.* autem correxerat αὐτοῖς.

que rationem ſeu orationem natura inſitam non habeamus, etiam ſi quaedam nomina poſtea ipſi imponamus, quia & ad id apti natura ſumus. Si tamen credendum Ariſtoteli eſt, caetera animalia docere natos ſuos conſpiciuntur, non ſolum quo pacto aliquid aliud faciant, uerum etiam quo modo uocem emittant: ſicut luſcinia pullos ſuos canere docet. Atque ut ipſe etiam inquit, multa ſunt, quae a ſe mutuo, multa item quae ab hominibus caetera animalia diſcere conſueuerunt. cui ſane quod uerum dicat, omnes aſſeſtantur. omnes pullorum equinorum domitores, equiſones omnes, equites, aurigae, uenatores, bubulci, elephantorum praefides, omnes denique beſtiarum atque auium magiſtri. Ex quorum quidem conſideratione qui prudens atque aequus aeſtimator rei eſt, intelligentiae caetera quoque animalia capacia eſſe procul dubio concedet, iniquus uero, atque inconfideratus temere ad ſuo quod ex ipſis euenit, commodum patrocinandum feretur. a maledicendo enim & calumniando ſcilicet temperabit, qui tru-

ci-

καί τινά τίθεμεν τῶν ὀνομάτων αὐτοὶ διὰ τὸ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείως ἔχειν κατὰ φύσιν. εἰ μέντοι 5 πιςεύειν δεῖ Ἀριſτοτέλει, καὶ διδάσκοντα ὥφθη, οὐ μόνον τῶν ἄλλων τι ποιεῖν τὰ τέκνα, ἀ καὶ τὰ ζῶα, ἀλλὰ καὶ φθέγγεσθαι, ὡς ἀγῶν τὸν νεοττὸν ἄδειν. καὶ, ὡς αὐτὸς γέφησιν, πολλὰ μὲν παρ' ἀλλήλων μαθάνει ζῶα, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἀνθρώπων, καὶ πᾶς αὐτῷ ἀληθεύοντι μαρτυρεῖ, πᾶς μὲν πωλοδάμνης, πᾶς δὲ ἵπποκόμος τε, καὶ ἵππευς καὶ ἡνίοχος, πᾶς δὲ κυνηγέτης τε, καὶ ἐλεφαντιſτής, καὶ βουκόλος, καὶ οἱ τῶν θηρίων διδάσκαλοι, ὅτε τῶν ὀρνίθων πάντες· ἀλλ' ὁ μὲν εὐγνώμων, καὶ ἐκ τούτων μεταδίδωσι συνέſεως τοῖς ζῴοις. ὁ δὲ ἀγνώμων καὶ τὸ ἀνιſέρητος αὐτῶν, φέρεται ſυνεργῶν αὐτοῦ τῇ εἰς αὐτὰ πλεονεξίᾳ. καὶ πᾶς γὰρ οὐκ ἔμελλε κακολογήσειν καὶ διαβαλεῖν,

F f 3

2

τοῖς. Simpliſſime hunc ſenſum exſculpo, nos ut cetera animantia, a naturā ratione eſſe praeditos. id uero praeterea habere, ut dialecticae periti res illas aptis nominibus exprimamus, atque alios exprimere doceamus.

5. Πιςεύειν δεῖ Ἀριſτοτέλει.] Eadem ex Ariſtotele tradit quoque *Plutarch.* T. II. p. 973. B. quem hac de re etiam lege pag. 992. B.

6. Τὰ ζῶα.] Paullo longius abſtractum eſt ab ordine naturali. planior eſſet futura oratio, ſi poſt ὥφθη collocarentur haec duo uerba. noli tamen quicquam movere. REISK. Ἀλλὰ φθέγγεσθαι eſt in *Cod. Lipſ.* perperam omiſſo καὶ. nec melius in *Meerm.* καὶ αὐτὸς γε.

7. Ἀνιſέρητος αὐτῶν.] Recordare vocis originem & indolem. *Cognitionem* animalium

i

ἃ κατακόπτειν ὡς λίθον προήρηται. ἀλλ' Ἀριστοτέλης γε, καὶ Πλάτων, Ἐμπεδοκλῆς τε, καὶ Πυθαγόρας, Δημόκριτος τε, καὶ ὅσοι ἐφρόντισαν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἐλεῖν, ἔγνωσαν <sup>8</sup> τὸ μετέχον τοῦ λόγου.

§ 7. <sup>1</sup> Δεικτέον δὲ καὶ τὸν ἐντὸς αὐτῶν, καὶ ἐνδιάθετον. φαίνεται δὲ ἡ παραλλαγή, ὡς φησὶ που καὶ <sup>2</sup> Ἀριστοτέλης, οὐκ οὐσίᾳ δι-αλλάττουσα, ἀλλ' ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἥττον θεωρουμένη. καθάπερ πολλοὶ οἶονταί καὶ τὴν θεῶν πρὸς ἡμᾶς ἐξηλλάχθαι, οὐ κατ' οὐσίαν οὐσης τῆς διαφορᾶς ταύτης, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀκριβεῶς, ἢ μὴ, τοῦ λόγου. καὶ ὅτι μὲν ἄχρι γε αἰσθήσεως, τῆς τε ἄλ-  
λης

cidare ac contundere perinde ac lapidem ipsa non ueretur. At uero Aristoteles, Plato, Empedocles, Pythagoras, Democritus, atque omnes qui ueritatem de ipsis inuestigare studuerunt participes esse rationis caeteras quoque animantes censuere.

§ 7. Restat enim ut rationem atque orationem quae intrinsecus in animo disposita est, inesse quoque in ipsis demonstremus. Videtur autem diuersitas esse, ut ipse quoque inquit Aristoteles, non in essentia, sed in eo quod magis & minus consideratur. Quomodo deos quoque a nobis differre nonnulli opinantur, ut discrimen inter nos & eos non in substantia, sed in magis uel minus exquisita ratione constitutum esse intelligatur. Ac quantum quidem ad sensus attinet, at-  
que

ἱστορίαν αὐτῶν vocat *Aelian*: V. H. IV, 19. notus titulus operis Aristotelici, περὶ ζῴων ἱστορίας, vel ἱστορία τῶν ζῴων aut περὶ ζῴων, qua de re *Periz*: ad *Aelian*: l. l.

8. Τὸ μετέχον τοῦ λόγου.] Forte τὸ μετέχον αὐτῶν τοῦ λόγου τοῦ προφορικοῦ. ob frequentiam. verbum ἐλεῖν ductum est a re venatoria. REISK. τὸν λόγον *Lips.* & *Meerm.* perperam. τὸ ἐλεῖν est *opinari*, *censere*. Philosophi de dogmate quod sequuntur adhibere solent. V. *Steph*: Thesf.

1. Δεικτέον δὲ καὶ τὸν ἐντὸς αὐτῶν &c.] Multi sunt ex antiquis qui animalibus rationem cum hominibus communem esse putaverunt, inter Iudaeos etiam & quod mireris, Christianos, uti e *Lactantio* aliisque constat. Vide *Scheff*: ad *Aelian*: V. H. I, 6. inter recentiores haud pauci idem statuerunt. Plurimos qui hoc argumentum sibi elaborandum

sumserunt laudat *Wolffius* ad *Origin*: Philosf. c. 9. Nuperius de bestiarum ingenio sagacissime disputavit Vir Praestantissimus *S. H. Reimarus*. Porphyrii dogma explicat *Cel: Mosheim*: ad *Cudworth*: Syst: Intell: p. 1159, ubi plura hac de re. Quod vero dicit Vir eximius, *Porphyrium* pares censuisse humanis brutorum animantium animos, id non restrictissime accipiendum. Utique cum Pythagora suo sensuit ὅτι πάντα τὰ γινόμενα ἐμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν, ut dicit in *Eius* Vit. 19. vel ὅτι τοῦ λογικοῦ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις μέτεσι. ut infra § 23. animalium ergo animas nostris putabat ὁμοουσίους, non quidem secundum substantiam, sed tamen secundum quod magis & minus de ratione participant, ut bene *Holffen*: ad priorem Nostrum locum. Id quod h. l. disertè significat.

2. Ἀριστοτέλης — ἀλλ' ἐν τῷ μᾶλλον — ]

A

que aliam instrumentariam tum ſentientium partium, tum carnis totius diſpoſitionem, non ſecus ac nos affecta eſſe caetera animalia, nemo fere eſt, qui non concedat. Non enim ſolum in naturalibus affectionibus & motionibus quae in his exiſtunt, ſimilitudinem nobiſcum habent: uerum etiam in iis quae praeter naturam accidunt, morboſaeque ſunt, magna inter nos & ipſa communicatio eſt. Neque enim ob diuerſitatem habitus ac formae corporis recte ſentiens quiſpiam aſſerere ea expertia eſſe rationis atque orationis debet: cum in hominibus quoque multam huiusmodi pro gentium, & populorum diuerſitate uarietatem conſpiciat, & tamen omnes nihilo minus eſſe rationales concedat. Aſinus igitur, ut ad rem ueniamus, pituitae deſtillatione corripi conſuevit, quae ſi in pulmonem defluxerit, non ſecus atque homo malo conficitur atque interit. Equus ſuppuratus euadit, & ſicut homo conſumitur ac tabeſcit. rigor item equum inuadit, &

λης ὀργανώσεως τῆς τε κατὰ τὰ αἰσθητήρια καὶ τῆς 3 κατὰ σάρκα ὁμοίως ἡμῖν διάκειται, πᾶς σχεδὸν ſυγκεχώρηκεν. καὶ γὰρ οὐ μόνον τῶν κατὰ φύσιν παθόντων, καὶ κινήματων τῶν διὰ τούτων ὁμοίως ἡμῖν κεκοινώνηκεν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν παρὰ φύσιν, καὶ νοσῶντων ἐν αὐτοῖς θεωρουμένων. οὐκ ἂν δέ τις εὖ φρονῶν διὰ τὸ ἐξηλλαγμένον τῆς ἕξεως τοῦ σώματος, ἀδεκτὰ λογικῆς εἴποι διαθέσεως, ὁρῶν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων πολλὴν τὴν παράλλαγν τῆς ἕξεως 4 κατὰ γε γένη καὶ ἔθνη, καὶ ὅμως λογικοὺς ſυγχωρῶν πάντας. ὅνος μὲν γε κατάρρω ἀλίσκεται, καὶ εἰς πνεύμονα αὐτῶν ρυῖ τὸ νόσημα, ἀποθνήσκει ὥςπερ ἄνθρωπος. 5 ἵππος δὲ καὶ ἔμπυος γίνεται καὶ φθίνει, ὥςπερ ἄνθρωπος. καὶ 6 τέτανος λαμβάνει ἵππον, καὶ ποδάγρα, καὶ πυρετός, καὶ λύσσα,

*Aristot.* Hist. Anim: L. VIII, 1. τὰ μὲν γὰρ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ ἄνθρωπος πρὸς πολλὰ τῶν ζώων.

3. Κατὰ σάρκα.] Potuit reddi *corporis*. Eo enim ſenſu obſervavi non ſemel uſurpari hoc vocabulum, etiam apud τοὺς ἕξω. VALENT. Paullo poſt *Meerm.* vitio calami ἀδεκτὰ pro ἀδεκτα.

4. Κατὰ γε γένη.] Melius *Lipſ. Cod.* κατὰ τε γένη. Idem paullo poſt αὐτῷ ρυῖ τὸ νόσημα. iterum rectius.

5. Ἴππος δὲ καὶ ἔμπυος.] Quia ſtatim ruruſ

de equo commemoratur, ſuſpicior hic loci pro ἵππος alius animalis nomen debere ſubſtitui. pro ἔμπυος in *Lipſ.* eſt ἔμπυρος. male. REISK. Male ἔμπυρος *Meerm.* quoque.

6. Τέτανος λαμβάνει ἵππον.] *Suidas* in Τέτανος. νόσος περὶ τοὺς ἵππους γινόμενη. νοσοῦσι γὰρ οἱ ἵπποι πλείους νοσημαί, ποδάγρα --- τετάνω, ἔμπυνόσει. &c. de quibus morbis *Arist.* H. Anim: VIII, 24. & *Hoeschel.* ad *Hor.* *Apoll.* II, 44. pro ἀπεσβεσμένου male *Meerm.* ἀπεσβυσμένου.

σα, ὁπότε καὶ κατωπιᾶν λέγεται. καὶ ἡ κύουσα ἵππος, ἐπειδὴν ὁσφρήσεται λύχνου ἀπεςβεσμένου, ἀμβλίσκει ὡς ἄνθρωπος. πύρεττει δὲ καὶ βοῦς, καὶ μαίνεται, καθάπερ καὶ ὁ κάμηλος. κορώνη δὲ ψωριᾶ, καὶ λεπριᾶ, καὶ κύων, οὗτος μὲν γε καὶ ποδαγριᾶ, καὶ λυσσαῖ. 7 ὅς δὲ βραγχᾶ, καὶ ἔτι μᾶλλον κύων, καὶ τὸ πάθος ἐν ἀνθρώπῳ ἀπὸ τοῦ κυνὸς, κυνάγχη κέκληται. 8 καὶ τὰ γνώριμα, ἐπεὶ 9 σύννομα ταῦτα ἡμῖν τὰ ζῶα, τῶν δὲ ἄλλων ἐσμὲν ἄπειροι διὰ τὸ ἀσύνηθες. καὶ εὐνουχιζόμενα δὲ μαλακίζεται. οἱ μὲν γε ἀλεκτρυόνες οὐδὲ ἄδουσιν ἔτι, ἀλλὰ τὴν φωνὴν ἐπὶ τὸ θῆλυ μεταβάλλουσιν, ὥσπερ ἄνθρωποι. 10 βοός τε κέρατα καὶ φωνὴν οὐκ ἔστι διαγνώσκειν τομίου, καὶ θήλεος. 11 οἱ δὲ

podagra, & febris, & rabies, quando etiam κατωπιᾶν, hoc est demisso in terram capite ferri dicitur. Equa uterum gestans si lucernam extinctam olfecerit, abortum facit: id quod contingere etiam homini solet. Bos quoque & febri corripitur, & furit, quemadmodum & camelus. At cornix & scabie & lepra afficitur, sicut etiam canis: sed canis tamen etiam podagram patitur, & rabie agitur. Sus raucedine uexatur: ac magis etiam canis: unde morbus etiam in homine a cane κυνάγχη id est caninangina appellatus est. Atque haec nota nobis sunt, quia in animalibus contingunt, quae nobiscum uersantur: aliorum uero multorum ob insuetudinem ignari sumus. Animalia praeterea si execta fuerint, effoeminantur: & galli non amplius canunt, sed uocem in modum foeminae immutant, sicut homines consueuerunt. Bouis item secti, & foeminae cornua & uocem dignoscere non licet.

Ἀιγύπτιοι δὲ καὶ θεοὺς ἐνόμισαν, <sup>5</sup> εἴτε ὄντως θεοὺς ἡγούμενοι, εἴτε ἐξεπίτηδες τὰ τῶν θεῶν εἶδη βοοπρόσωπα, καὶ ὀρνιθοπρόσωπα, <sup>6</sup> καὶ τῶν ἄλλων ποιοῦντες, ὅπως ἐξ αὐτῶν ἐξ ἴσου καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπέχοντο, <sup>7</sup> εἴτε καὶ δι' ἄλλας αἰτίας μυσικωτέρας. οὕτω δὲ καὶ οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν τοῦ Διὸς ἀγάλματι <sup>8</sup> κριοῦ προσῆψαν κέρατα <sup>9</sup> ταύρου δὲ τῷ Διονύσου· <sup>10</sup> τὸν δὲ Πᾶνα ἐξ ἀνθρώπου καὶ αἰγὸς συνέθησαν, τὰς δὲ <sup>11</sup> Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας κατὰ

Aegyptii autem in deos quoque ipsa retulerunt, siue quia reuera deos esse existimarent, siue quia depicta opera diis bouum, & auium, caeterorumque animalium facies attribuerent, ut ab ipsis non secus atque ab hominibus abstinendum monerent: siue aliqua alia occultiore causa inducti. Ita etiam Graeci Iouis statuæ arietis, Bacchi simulacro tauri cornua adhibuerunt: Pana item ex homine & capro composuerunt. Musas alis, nec non Sirenas instruxerant.

Si-

Vid. *Suid.* l. I. *Socrates*, scriptor non incelebris rerum Criticarum, quem laudat Vir eximius, ignotus mihi est. *Zenobius* & *Schol.* Aristoph: Viris Doctis saepe inposuerunt, quibus depravata scriptura Socrates pro Sotificates legitur. Conf. *Kuster.* ad *Suid.* & *Fabric.* Bibl. Graec. L. II, 23. p. 827.

5. Εἴτε ὄντως θεοὺς ἡγούμενοι &c.] Aegyptios animantia ista non re vera pro Diis habuisse, sed imagines tantum & symbola eorum, ostendit praeter alios *Euseb.* P. E. L. III. p. 117. & *Plut.* T. II. p. 379. Symbolo tamen eundem, quem Numinibus honorem habebant, qua de re *Cyper.* Harpocr: p. 42. mox *Meerm.* τὰ θεῶν εἶδη, omisso τῶν.

6. Καὶ τῶν ἄλλων.] Forte καὶ τῶν ἄλλων ὁμοιοπρόσωπα ποιοῦντες. & mox ὅπως αὐτῶν (line ἐξ.) REISK.

7. Εἴτε καὶ δι' ἄλλας αἰτίας.] Secus quam aliae gentes Aegyptii, non viros inlustres, sed animantia divinis honoribus colebant. Id quidem testatissimum, unde vero res originem duxerit, haud adeo certum exploratumque est. Dissident multum & vetustiores & recentiores scriptores. *Diod. Sic.* I, 86. *Mosheim.* ad *Cudworth.* Syst: Intell: Univ. p. 418. *Iablonksi* in Proli: Panth: Aegypt: § 35. *Warburt.* in Divin: Moisi Legat: L. IV, 4. &c. tam prolixè in hoc argumento sunt versati, ut nihil addi debeat. Bene paullo

ante ἐξ ante αὐτῶν deletat *Reiskius.* idem volebat *Abreschius.*

8. Κριοῦ προσῆψαν κέρατα.] De Iove, seu Ammone κριοπρόσωπον omnia sunt nota, cum veteres Theologi id toties paganis exprobrent. Lege V. D. ad *Min. Fel.* c. 21. sed mireris Graecis hoc loco tribui, quod alibi Afris. *Suidas* quidem in Ἀμμων. ὄνομα θεοῦ Ἑλληνικοῦ, ibi autem vel Λιβυκοῦ legendum, vel per Ἰθνηκοῦ explicandum censebat *Kuster.* At vero non Afris tantum, sed Graecis etiam Iupiter κριοπρόσωπος colebatur. Pulcre differit hac de re *Spanhem.* de uf. & praest. num. Diff. VII.

9. Ταύρου δὲ τῷ Διον.] Bacchi cornua nemo ignorat. Hinc ταυρόκερας & ταυρόκερας θεός vocatur, de quo nomine *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* III, 64.

10. Τὸν δὲ Πᾶνα —] *Min. Fel.* in Octav. c. 28. *De capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus deos dedicatis.* ubi multa hac de re interpretes. Conf. *Nostrum* infra IV, 9.

11. Μούσας ἐπτέρωσαν καὶ τὰς Σειρ.] Alas Sirenibus cum Musis (unius ex illis, ut plerique tradunt, filiabus,) communes statuunt. V. *Spanhem.* de uf. & pr. num. Diff. V. de Sirenibus alatis elegantissime *Broukh.* ad *Tibul.* V, 1, 69. Pennas *Victoriae*, ceterorumque, quorum hic mentio, nemo nescit.

12.

Simili modo & Victoriā & Irin, & Cupidinē & Mercurium alatos finxerunt. Pindarus ſane in odis ſuis omnes deos quando a Typhone fugabantur, non hominibus, ſed aliis animalibus ſimiles induxit. Paſiphaes amore captum Iouem tauri formam ſumpſiſſe aſſerunt: modo aquilam, modo olorem effectum fabulantur: quibus ſane omnibus honorem prae ſe ferebant priſci illi, quem animalibus exhibendum cenſebant. atque adhuc magis etiam quando Iouem a capra educatum fuiſſe aiunt. Erat autem apud Cretenſes Rhadamanti lex, qua omnia animalia adigi in iuſiurandum iubebatur.

Ne.

τὰ τὰ αὐτὰ δὲ τὴν τε Νίκην, καὶ τὴν Ἴριν, καὶ τὸν Ἑρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν. <sup>12</sup> Πίνδαρος δὲ ἐν προσῳδαῖς πάντας τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ὅποτε ὑπὸ Τυφῶνος ἐδιώκοντο, οὐκ ἀνθρώποις ὁμοιωθέντας, <sup>13</sup> ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐρασθέντα δὲ Παςιφάης <sup>14</sup> Δία, γενέσθαι μὲν ταῦρον, νῦν δὲ ἄετδν, καὶ κύκνον. δι' ὧν τὴν πρὸς τὰ ζῶα τιμὴν οἱ παλαιοὶ ἐνεδείκνυντο, καὶ ἔτι μᾶλλον, ὅταν <sup>15</sup> τὸν Δία θρέψαι λέγωσιν αἶγα. Κρησὶ δὲ νόμος ἦν Ῥαδαμάνθυος, <sup>16</sup> ὅρκον ἐπάγεσθαι πάντα τὰ ζῶα.

I i 2

17 οὐ-

12. Πίνδαρος δὲ ἐν προσῳδαῖς.] Antiquiſſimae *edd.* habent *προσῳδαῖς*, quod non mutaviſſem. utrumque praeſerunt multorum ſcriptorum codices. Vide *Seber*: ad *Polluc*: IV, 53. *Suidas* in V. Προσῳδία τὰ εἰς πανηγύρεις θεῶν ποιήματα παρὰ τῶν λυρικῶν λεγόμενα. Sed & *idem*. Προσῳδίων. ὁ ὕμνος. In voce Πίνδαρος poëtae tribuit *προσῳδία*, *παρθένια*, quae ibi vocabula forte debent coniungi, & intelligi *παρθένια*, quae Pindaro contribuit *Plut.* T. II. p. 1136. F.

13. Ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζ.] Ἀλλὰ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις citat ὁ πάνυ ad *Diod. Sic.* I, 86. in *codd.* non inveni. Fabulam, quam tangit Noſter, multi produnt, qua de re *ibid.* Vir Eximius, & interpr. ad *Ovid*: V. Metam. 321. ſed quod addit ibi Vir Celeb. turpes Deorum Aegyptiorum figuras ex hac fabula fuiſſe natas, id controverſia haud vacat.

14. Διὰ γενέσθαι μ. τ. νῦν δὲ —.] Haec e mythographis etiam nemini ignota. Solum excitabo *Theodor*: in Serm: de Sacrifi: quia Noſtrum ſaepe exprimit, & haec etiam iungit, καὶ τὸν μὲν πατέρα τῶν θεῶν, ἄετδν καὶ ταύρην καὶ κύκνον προεικαſμένον &c. Legendum autem videtur γενέσθαι νῦν μὲν, ut monēbat

*Abreſch*: Solent enim ſic alii, & Noſter ſupra § 5. ubi tamen poſteriori loco ſemel tantum ponitur. Vide ibi *Reiskium*.

15. Τὸν Δία θρέψαι λέγ.] Τὸν in ſedem ſuam revocaui, qua per *Valent.* expulſum fuerat, qui τὴν edidit. Et priores *edd.* & *Cod. Lipſ.* ita iubent. *Min. Fel.* in Octav. c. 21. *Et quae Iovis ſacra ſunt? nutrix capella eſt, & avido patri ſubirabitur infans, ne vocetur.* ubi hac de re multa V. D.

16. Ὅρκον ἐπάγεσθαι π. τ. ζ.] Bene habet haec dictio. ſibi ſuperinducere, hoc eſt in cauſſa ſua proferre, omne genus animantium, quo ſibi ſint ὅρκος, hoc eſt religio iureiurando ſancita. *REISK.* *Valent.* locum, tanquam ſibi ſuſpectum aſterifco notaverat, quem bene tuetur Clar. *Reiskius*. Hinc ἐπακτὸς ὅρκος apud *Iſocrat*: ad Demon: p. 12. de qua dictione Grammatici diſſentiunt. Bene *Suidas*. Ἐπακτὸς ὅρκος. ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει. uti ἐπακτὸν δύνανται vocant auxilia exterorum & aliunde quaelita. vide *Casaub*: ad *Aeneas* Poliorc. p. 1736. ἐπακτὸς πλοῦτος de dote apud *Eurip*: Menalip: 49. alia huius generis habet *Eleg*: *Alberti* ad *Hef*: in Ἐπακτίν. Res ipſa paullo ante nobis occurrebat.

hinc

17 οὐδὲ Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν  
χῆνα ὁμνύς ἐπαιζεν, 18 ἀλλὰ κα-  
τὰ τὸν τοῦ διδὸς καὶ δίκαιον παῖδα  
ποιεῖτο τὸν ὄρκον, 19 οὐδὲ παί-  
ζων ὁμοδόλους αὐτοῦ ἔλεγεν τοὺς  
κύκνους. αἰνίσσεται δὲ καὶ ὁ μῦ-  
θος, ὡς ὁμόψυχά ἐσιν ἡμῖν, 20  
καὶ χόλῳ μὲν θεῶν μεταβαλεῖν  
ἐξ ἀνθρώπων εἰς ζῶα, μεταβα-  
λόντας δὲ, λοιπὸν ἑλεεῖσθαι καὶ  
φιλεῖσθαι. 21 τοιαῦτα γὰρ τὰ πε-  
ρὶ δελφίνων λεγόμενα καὶ τὰ πε-  
ρὶ ἀλκυόνων, ἀηδόνων τε καὶ χε-  
λιδόνων.

§ 17. Αὐχεῖ δὲ καὶ τῶν παλαι-  
ῶν ἑκάστος, 1 ὅς τις εὐτύχησεν τῆς  
ἐπ.

Neque Socrates dum per canem & ap-  
ferem iurabat, per lusum id faciebat:  
sed serio ex iusti filii Iouis instituto de-  
ierabat: neque per iocum conseruos  
suos olores appellabat. Quin etiam fa-  
bulae cum deorum indignatione ex ho-  
minibus in animalia mutationem fuisse  
factam: atque iccirco deos misericor-  
dia postea ea fuisse prosequutos, at-  
que amasse perhibent: eadem qua nos  
anima esse praedita caetera animalia ui-  
dentur significare. Eiusmodi enim ea  
sunt, quae de delphinis, alcyonibus,  
lusciniis, hirundinibus traduntur.

§ 17. Vnusquisque item ex ueteri-  
bus, qui ex animalibus educationem fe-  
II.

hinc itaque Cretenses divinis nominibus absti-  
nebant, ac per quaevis animantia iurabant.  
Vide *Meurs.* in Cret. L. IV. c. 1.

17. Οὐδὲ Σωκράτης &c.] Socrates iurabat  
per illa, non ut per Deos, sed ne per Dei  
nomen iuraret. dictum est supra. *Tertull.*  
Apol. c. 14. *Taceo de Philosophis, Socrate*  
*contentus, qui in contumeliam Deorum,*  
*quercum, & hircum, & canem deieera-*  
*bant.* Vide ibi *Havercamp:* & *Menag:* ad  
*Diog. Laërt.* II, 40.

18. Ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ Δ. κ. δ. π.] Ἀλλὰ  
κατὰ τὸν διδὸς καὶ Δίκης παῖδα. ad exemplum  
Rhadamanthys, qui e Iove & Dice natus  
erat. *REISK.* Cel. *Iablonsk.* in Panth. Aeg.  
I, 5, 5. corrigit τὸν τοῦ διδὸς καὶ Μαίας παῖδα.  
Socratem nempe intellexisse Aegyptiorum  
Anubidem, seu, ut Graeci interpretantur,  
Mercurium, quem Iovis & Maiae filium per-  
hibebant. Ne dicam, haec nimis longe a li-  
teraturae ductu abire, si canis Mercurium  
notabat, quid anser, hircus &c.? nec solet  
κατὰ hoc modo constructum id significare.  
Cum Minos, Rhadamanthys, & Aeacus παῖ-  
δες τοῦ θεοῦ Nostro dicantur in Vit. Plotin:  
uti Rhadamanthus Iovis & Europae filius,  
*Platon:* in Min: p. 367. D. isque iustitiae

laude celeberrimus evaserit, uti e *Meurs.*  
in Cret. III, 15. & aliis notum est, nihil mu-  
tandum duxi. Pro ποιεῖτο e *Cod. Lips.* &  
*Meerm.* lege ἐποιεῖτο.

19. Οὐδὲ παίζων ὁμοδόλους —] *Plut:* T.  
II. p. 975. B. Ἰδίᾳ δὲ φησιν ὁ Σωκράτης ὁμό-  
δουλον ἑαυτὸν ποιεῖσθαι τῶν κύκνων. *Pausan:* in  
Attic. p. 58. Socrates τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ ἢ  
Πλάτῳ ἔμελλον ἔσεσθαι μαθητῆς ἐσπῆναι κύ-  
κνον εἰς τὸν κόλπον, εἶδεν ὄνειρον. Hac forsan de  
caussa Socrates dixit ὁμόδουλον ἑαυτὸν ποιεῖσθαι  
τῶν κύκνων, ut scribit *Spencer:* ad *Origen:*  
L. VI. Contr. Cels. p. 635. sed hoc nihil  
est, & e Nostro confutatur, nam cycnos  
& anseres eodem loco habebat.

20. Καὶ χόλῳ μὲν.] Aut ante καὶ deest ali-  
quid, ant eius loco legendum est λέγων,  
vel simile participium. Mox μεταβαλόντα.  
*REISK.*

21. Τοιαῦτα γὰρ &c.] De Halcyone, Iovis  
ira in avem conversa, *Did:* ad *Hom.* Iliad.  
I. 558. de hirundine & lusciniā V. D. ad  
*Aelian:* V. H. XII, 20. ubi, quid occasio-  
nem fabulae dederit, e Pausania *Perizon.*

1. Ὅς τις εὐτύχησεν.] Forte ὡς τις. ut quis-  
que. *REISK.*

α.

liciter conſequuti fuerant, non ita de parentibus, ſicut de enutritoribus ſuis gloriabatur. de lupa alius, alius de ceruo, alius de capra, alius de ape: Semiramis de columbis, Cyrus de cane, de olore Thrax, qui a nutriente etiam nomen obtinuit. Vnde diis quoque, cognomen- ta obtigerunt, Baccho quidem hinnuleus: Apollini lupinus, & delphinus: Neptuno equeſtris: equeſtris item Mineruae. Hecate uero ſi taurus, canis, leaena fuerit uocata, magis exaudit. Quod ſi quia qui animalia ſacrificant, ea comedunt, iccirco ut ſe crimine abſoluant, irrationalia ea eſſe dicant, eodem modo qui

ἐκ τῶν ζώων ἀνατροφῆς, οὐχ οὕτως τοὺς πατέρας, ὡς τοὺς ἀναθρεψαμένους. ὥς <sup>2</sup> ὁ μὲν λύκαιναν, ὁ δὲ ἔλαφον, ἄλλος αἶγα, ἄλλος μέλιτταν, Σεμίραμις δὲ τὰς περισερὰς, Κῦρος δὲ κύνα, κύκνον δὲ Θράξ, καὶ τοῦνομα τοῦ θρέψαντος ἔφερεν. ὕθεν καὶ θεοῖς ἐπωνυμία, <sup>3</sup> Διονύσῳ μὲν εἰραφιώτης, Ἀπόλλωνι δὲ <sup>4</sup> λύκειος, καὶ δελφίνιος, Ποσειδῶνι δὲ ἵππιος, καὶ Ἀθηνᾶ ἱππία. ἡ δ' <sup>5</sup> Ἐκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα, μάλλον ὑπακούει. εἰ δ' ἔτι θύοντες αὐτὰ κατεσθίουσι, διὰ τοῦτο, ὥς περ <sup>6</sup> αὐτοὺς παραμυθούμενοι, ἄλογα λέγουσιν, εἴποιεν ἂν καὶ οἱ

pa-

I i 3

τοῦ

2. Ὁ μὲν λύκαιναν --- ἔλαφον --- αἶγα &c.] Lege Diod: Sic: II, 4. Iuſtin: XXIII, 4. & Aelian: V. H. XII, 42. & 45. ἔλαφον cervam verti velim.

3. Διονύσῳ εἰραφιώτης.] Quasi ἐριφιώτης. Vi- de Fabr: Epiſt: p. 57. REISK. Optime. nihil huc Bacchus, quem ἐρίβρομον, εἰραφιώτην vocat Orpb. Hymn. XLVII. quique inde μῆροραφῆς etiam dictus, Hymn. IV. ut correctum eſt Cel. Lenner. Anim. ad Coluib. III, 2. de quo Barneſi: ad Eurip: Bacch: 286. Recte itaque Feliciani: hinnuleo. Etym. M. p. 302. ἢ παρὰ τὸ ἐρίφος, φασὶ γὰρ αὐτὸν ὑπὸ ἐρίφῳ ἀνατραφῆναι. A Clementi: hac vocis forma Bacchus etiam εἰραφιώτης dicitur, ut obſervat Clar: Hemſterb: ad Polluc. X, 17.

4. Λύκειος καὶ δελφίνιος.] De priori Apollinis cognomento Bergler: ad Alciphr: I, 26. Idem quare dictus ſit Δελφίνιος, docebunt Elym. M. & V. D. ad Polluc. VIII, 190. hinc itaque δελφίνιον templum Apollinis, & tribunal ἐπὶ δελφίνῳ de quo Meurſi. Ath. Att. II, 1. & alii. Delphinos Apollini fuiſſe conſecratos e numis etiam oſtendit Spanb: de

uf. & praeſt. num. V. nota etiam animalium nomina ad Deos fuiſſe translata, quae hominibus data fuiſſe infra videbimus. Conf. Cuper: Mon: Ant: p. 206.

5. Ἐκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα.] Quia tria capita uni corpori habebat inpoſita τριπρόσωπον, τρίμορφον & τριαύχνη Graeci eam adpellant. V. Cuper: Mon: Ant: p. 206. Tri-ceps & triſormis Virg: aliisque dicitur. τρισοκέφαλος Orpb: Argon: 974. qui equi, hominis & canis capita ei tribuit. Noſter infra equi, tauri & leaenae L. IV, 16. Hoc loco tauri, canis & leaenae. A. tauri capite ταυρώπις fuit dicta, uti lunae boves paſſim tribuunt veteres, qua de re Cuper: in Harpocr: p. 12. Quia canibus delectabatur canino etiam capite fuit efficta, ut docet idem p. 198. Sed Noſter alio in loco dicit Hecaten illam Daemonibus inperare, atque illos Daemones per canes ſignificari. Vide Euſeb: P. E. p. 175. non male eadem leaena dicta, uti leo Apollinis, ſeu Solis erat ſymbolum, qua de re poſtea.

6. Αὐτοὺς παραμυθούμενοι.] Παραμυθίζω eſt qua-

τοὺς 7 πατέρας ἐσιώμενοι Σκύθαι, ἀλόγους εἶναι τοὺς πατέρας.

§ 18. Διὰ μὲν τούτων καὶ ἄλλων, ὧν ἐξῆς μνησθῆσόμεθα, τὰ τῶν παλαιῶν ἐπιτρέχοντες, δέικνυται λογικὰ ὄντα τὰ ζῶα, τοῦ λόγου ἐν τοῖς πλείστοις <sup>1</sup> ἀτελοῦς μὲν ὄντος, οὐ μὴν παντελοῦς ἐξερημένου. τῆςδε δικαιοσύνης πρὸς τὰ λογικὰ οὔσης, καθάπερ Φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες, πῶς οὐχὶ καὶ πρὸς ταῦτα εἴη ἂν ἡμῖν τὸ δίκαιον; οὐ γὰρ καὶ πρὸς τὰ φυτὰ παρατενοῦμεν τὸ τῆς δικαιοσύνης, <sup>2</sup> διὰ τὸ φαίνεσθαι πολὺ τὸ πρὸς τὸν λόγον <sup>3</sup> ἀσύγκλωσον, καίτοι κἀνταῦθα τοῖς καρποῖς χρῆσθαι εἰώθαμεν, οὐ μὴν σὺν τοῖς καρποῖς κατακόπτειν καὶ τὰ πρέμνα. τὸν δὲ σιτικὸν καρπὸν καὶ τὸν τῶν χεδρόπων, αὐανθέντα καὶ εἰς γῆν πίπτοντα <sup>4</sup> καὶ τεθνηκότα, συλλέγομεν. ζῶων δὲ τὰ <sup>5</sup> θνησεῖδια πλὴν τῶν ἰχθύων, &

parentes suos epulentur Scythae, dicere expertes eos esse rationis possent.

§ 18. Atque his quidem, atque aliis quae deinceps ueterum opiniones percurrentes commemorabimus, caeteraque animalia rationalia esse demonstrantur: ita ut licet imperfecta in plerisque ratio sit, non prorsus tamen deesse censetur. Cum itaque ius erga rationalia, ut inquiunt aduersarii, esse debeat, cur non etiam erga haec nobis erit? Non enim etiam ad plantas protendenda iustitia est, in quibus magna admodum ad rationem inconuenientia conspicitur. Tametsi in illis moderatius nos gerimus. fructibus enim tantummodo ipsarum uti, non una cum fructibus truncos etiam ipsos succidere consueuimus. Frumenti uero & leguminum fruges ubi iam efflorescentes in terram deciderint, & emortua fuerint, colligere solemus. At ex mortuorum animalium carnibus, exceptis pi-

sci-

quouis modo emollire, mitigare. Conf. V. D. Obs. Misc. III, 3. p. 413. Latini *solari*, *consolari* *damna*, & similia centies.

7. Πατέρας ἐσιώμενοι.] Sic Massagetae & Derbices καταβύουσιν καὶ ἐσιῶνται τῶν Φιλτάτων τοὺς γεγραμμένους infra IV, 21. ubi vide.

1. Ἀτελοῦς μὲν ὄντ. οὐ. μ. π. ε.] Vide ad § 7. *Abreschius* conferebat ἀπεξερημένον μισθὸν *Iacob. V*, 4.

2. Διὰ τὸ φαίνεσθαι.] Forte διὰ τὸ αὐτοῖς ἐπιφαίνεσθαι πολὺ. REISK.

3. Ἀσύγκλωσον.] Adscriptum erat scholium *Cod. Lips.* ac *Meerm.* ὅτι τὰ φυτὰ διὰ τὸ πλείστον ἡλλοτριῶσαι ἡμῶν δέον παραλαμβάνειν εἰς βρῦσιν. A Parcisi stamina ducentibus & fata

intextentibus locutione ducta, συγκλώθεσθαι proprie, quae fatali ordine connexa sunt, & hinc latius de illis, quae serie quadam cohaerent. Saepe sic apud *M. Anton.* ubi ad IV, 34. vide *Gatak.* φύσις συγκλώσεως (qua voce augeri possunt *Strep.* copiae) καὶ ἐκπλοκῆς iungitur *Eid. II*, 3. Venuiste κλώθειν τὰ ἀσύγκλωσα *Synef.* Epist. 57.

4. Καὶ τεθνηκότα.] Idem loquendi genus, quo utitur Dominus Iesus *Ioan. XII*, 24. εἰάν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ. & Divinus Vir I. ad Corinth. XV, 36. Noster infra 26. ὅταν τεθνηκότων χρησώμεθα τοῖς καρποῖς.

5. Θνησεῖδια πλὴν τῶν ἰχθύων.] Coniicio *leg-*

ſcibus , niſi ui occiſa fuerint , in cibum ſumeret nemo. Qua in re multa iniuſtitia procul dubio eſt. Adde uero quod ut Plutarchus quoque inquit , non propterea quia natura noſtra quibusdam indiget , eiſque utitur , continuo in omnia proferenda iniuria eſt. Conceditur enim ut pro neceſſitate quadam tenus detrimentum inferatur : ſiquidem a plantis etiam ſi uiuae permaneant , quicquam ſumere detrimentum eſt. Ex inſolentia autem & ut uoluptatibus indulgeamus , caetera quoque detrahere , ac perdere , ſummae feritatis eſſe atque iniuſtitiae uidetur , quippe cum eorum abſtinentia neque ad uiuendum neque ad bene viuendum impedimento ulli nobis ſit. Nam ſi quemadmodum aëre & plantis & fructibus , ſine quibus uitam traducere non licet ,

ita

ἃ καὶ αὐτὰ βίᾳ ἀναιροῦμεν , οὐκ ἂν τις προſενέγκαιτο. ὥςτε πολὺ τὸ ἄδικον ἐν τούτοις. ἀρχὴν δὲ , ὡς καὶ ὁ Πλούταρχος Φησὶν , οὐκ ἐπεὶ δεῖται τινῶν ἡμῶν ἢ φύſις , καὶ χρῶμεθα τούτοις , ἤδη ἐπὶ πάν προακτέον , καὶ πρὸς πάντα , τὴν ἀδικίαν. δίδωſι μὲν γὰρ καὶ παρέχει τοῖς ἀναγκαίοις τὴν ἄχρη τινὸς βλάβην (εἴγε βλάβη τὸ λαμβάνειν τι παρὰ τῶν φυτῶν , καίτοι ζώντων μενόντων). 7 τὸ δ' ἐκ περιουσίας καὶ 8 πρὸς ἡδονὴν ἀπολαύειν ἕτερα καὶ φθείρειν , τῆς παντελοῦς ἦν ἀγριότητος καὶ ἀδικίας· καὶ ἡ τούτων ἀποχὴ , οὔτε πρὸς τὸ ζῆν , οὔτε πρὸς τὸ εὖ ζῆν , ἡμᾶς ἡλάττου. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀέρος καὶ ὕδατος φυτῶν τε καὶ καρπῶν , ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατόν ἐſιν , οὕτω φόνου ζώ-

gendum πλὴν τῶν τειούτων. VALENT. Forte πλὴν τῶν ἰσχυρῶν ἃ καὶ — infra § 9. τὰ μὲν — ὅσα ἰσχυρὰ. REISK. Θνησιδία quae alias θνησιδία. vide IV, 16. αὶ quippe & i paſſim in hiſce permutantur , ut dictum alibi. Conf. V. D. ad *Hefych*: in Θνησιδία. *Fogeroll*: illa πλὴν ἰχθύων male interiecta putabat , & merito , ut opinor. Ineptus aliquis monachus videtur voluiſſe , nos piſcibus , ἃ καὶ αὐτὰ βία ἀναιρ. (reſpectu habito ad ζῶα) extra aquam ſua morte exſtinctis veſci. quem enim nos incolimus , locus ipſis eſt tanquam orcus , in quem ſimul atque pervenerint moriuntur , ut pulcre *Plut.* T. II. p. 669. D.

6. Πλούταρχος Φησιν.] Lege quae de hiſce diſputat *Plut.* Symp. L. IX, 8. Paulo poſt ἐν ante ἀναγκαίοις inferuerat *Valent.* ſed con-

tra *codd*, fidem , & citra neceſſitatem.

7. Τὸ δ' ἐκ περιουσίας.] Trita locutione ſic dicuntur ὧν ἡ παρουſία οὐκ ἐſτιν ἀναγκαία , ut *Suidas* in V. loquitur. *Diod. Sic.* XX, 59. ἐκ περιουσίας ἐχρῶντο δαψιλέſι πάν. unde ad alia venuſte transfertur , de quibus ibi magnus *Comment.* Aliquando etiam de iis dicitur , quae facile & ſine labore adquiruntur. vid. *Casaub.* ad *Strabon.* III. p. 60. Noſter h. l. ante oculos habuiſſe videtur illa *Ariſtot.* Topic: III, 2. τὸ δὲ εὖ ζῆν , ἐſτιν ἐκ περιουσίας. αὐτὸ δὲ τὸ ζῆν , ἀναγκαῖον.

8. Πρὸς ἡδονὴν ἀπολαύειν.] Πρὸς ἡδονὴν ἀπολαύειν perdere , deſtruiere ex A effecerunt ſibrarii A , quae duae literae ſaepe inter ſe permutantur. REISK. Ingenioſa utique coniectura , licet ego vulgatum praeſtulerim.

Ἄ.

ζώων καὶ βρώσεως σαρκῶν ἐτυγ-  
 χάνομεν δεόμενοι πρὸς τὸν βίον,  
 ἀναγκαίαν ἢ φύσις συμπλοκὴν εἶ-  
 χεν ἂν πρὸς ταύτην τὴν ἀδικίαν.  
 εἰ δὲ πολλοὶ μὲν ἱερεῖς θεῶν,  
 πολλοὶ δὲ βασιλεῖς ὁ βαρβάρων  
 ἀγνεύοντες, ἅπειρα δὲ γένη ζώων,  
 τὸ παράπαν οὐ θιγγάνοντα τῆς  
 τοιαύτης τροφῆς, ζῶσιν, καὶ  
 τυγχάνουσι τοῦ κατὰ φύσιν τέ-  
 λους, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπος ὁ  
 κελεύων, εἰ τις ἀναγκαζοίμεθα  
 πολεμεῖν, μὴδὲ οἷς ἔξεστιν, εἰ-  
 ρηνικῶς ὁμιλεῖν, ἀλλὰ ἢ πρὸς μη-  
 θέν τῇ δικαιοσύνῃ χρωμένους ζῆν,  
 ἢ πρὸς πάντας χρωμένους μὴ  
 ζῆν; ὥσπερ οὖν ἐπ' ἀνθρώπων,  
 ὁ μὲν αὐτοῦ σωτηρίας ἕνεκα καὶ  
 παίδων, ἢ πατρίδος, ἢ χρήμα-  
 τῶν τινων παραιρούμενος, ἢ χώ-  
 ραν ἐπιτρίβων καὶ πόλιν, ἢ ἔ-  
 χειν πρόσχημα τῆς ἀδικίας τὴν  
 ἀνάγκην ὅστις δὲ ταῦτα δρᾷ διὰ  
 πλοῦτον, ἢ κόρον, ἢ ἡδονὰς τρυ-  
 φώ-

ita animalium caede quoque & car-  
 nium esu indigeremus, necessario  
 iniustitiae huic innexa natura nostra  
 esset. Si uero multi & deorum sa-  
 cerdotes, & reges barbarorum pie  
 & caste uitam ducentes: quin et-  
 iam innumerabilia animalium gene-  
 ra huiuscemodi cibo nunquam pror-  
 fus gustato, & naturali fine ac bo-  
 no non frustrantur: quomodo non  
 est absurdus, qui si cum aliquibus  
 bellum gerere cogamur, neque cum  
 illis quibuscum licet, uiuere nos  
 pacifice iubeat: Sed uel erga nul-  
 los iustitia utendo uiuendum, uel  
 erga omnes utendo non uiuendum  
 censcat? Quemadmodum igitur a-  
 pud homines qui salutis suae, &  
 liberorum, & patriae causa uel  
 pecunias aliorum rapit, uel regio-  
 nem & ciuitatem opprimit, is ne-  
 cessitatem habet, quae aliquo mo-  
 do iniustitiam excuset: qui uero  
 diuitiarum & uoluptatum insolentia,  
 non

Ἀπολαύειν ad voluptatem refertur, siue  
 honestam, siue pravam & luxuriosam, un-  
 de Hesf. Ἀπολαύει. τρυφᾷ ubi vid. Alberti:  
 ἀπολαύσεις iungit ταῖς ἡδοναῖς infra § 20.  
 hinc ἀπολαυσικὰ idem aliquando quae ἡδονι-  
 κὰ, uti huius generis homines ἀπολαυσικοί,  
 eorumque vita βίος ἀπολαυσικός dicitur. Vid.  
 Gatak: ad Anton: III, 6. praegnans ita-  
 que sensus est in illis Paulli I. ad Timoth.  
 VI, 17. Deus praestet πάντα πλουσίως εἰς ἀ-  
 πόλαυσιν.

9. Βαρβάρων. ἀγνεύοντες.] Post ἀγνεύοντες,

vel potius ἀγνεύσαντες, deesse videtur λέγον-  
 ται, vel φέρονται, vel ἱσθύνται vel simile  
 quid. REISK. De voce θιγγάνειν, quae sequi-  
 tur, vide ad II, 33.

10. "Ἡ πρὸς πάντας.] Cod. Lipsf. & Meerm.  
 πρὸς πάντα. quod praefero. Mox ante αὐτοῦ  
 Fogeroll: infarciebat τῆς, sine iusta causa.

11. "Ἐχει πρόσχημα.] In prioribus editioni-  
 bus erat ἔχειν, quod quare mutaverit Valent.  
 qui ἔχει dabat, non video. pertinet ad se-  
 quens δοκεῖ. tueretur illud etiam Meerm.  
 codex.

non neceſſitate aliqua inductus idem facit, iniuſtus, incontinenſ, atque improbus exiſtimatur. ita plantarum detrimenta, ignisque & aquae conſumptionem, ouium tonſuras, ac lac, boumque ſubiugationem hominibus concedit deus: cumque his ad ſalutem & conſeruationem ſui utantur, ignoſcit. At animalia iugulare, & concifa caedis ac ſanguinis plenos non alimenti & repletionis, ſed uoluptatis & gulae cauſa edere, illud uero ſupra modum iniuſtum ac ſceleſtum eſt. Nonne enim eſt fatiſ, quod cum laboribus nullis opprimi deberent, ad defatigationem uſque iſtis utamur?

e-

φώſας, καὶ ἀποπληρώσεις οὐκ ἀναγκαίων περιζόμενος ἐπιθυμιῶν, <sup>12</sup> ἄμικτος εἶναι δοκεῖ, καὶ ἀκρατὴς, καὶ πονηρός. οὕτω τὰς μὲν εἰς φυτὰ βλάβας, <sup>13</sup> καὶ πυρὸς καὶ ναμάτων ἀναλώσεις, κουράς τε προβάτων καὶ γάλα, βοῶντε ἐξημέρωſιν καὶ κατὰξευξιν ἐπὶ ſωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ τοῖς χρωμένοις ὁ θεὸς δίδωſι ſυγγνώμην. <sup>14</sup> ζῶα ὑπάγειν ſφωγαῖς, καὶ μαγειρεύειν, ἀναπιμπλαμένους φόνου, μὴ τροφῆς ἢ πληρώσεως χάριν, ἀλλ' ἡδονῆς καὶ λαιμαργίας ποιοιμένους τέλος, ὑπερφυὲς ὡς ἄνομον καὶ δεινόν. ἀρκεῖ γὰρ, ὅτι μὴδὲν πονεῖν δεομένοις χρώμεθα <sup>15</sup> προκάννουσι.

K k

καὶ

12. "Αμικτος εἶναι δοκεῖ."] Elegans vox. ἄμικτοι, ἀνεπίμικτοι, ἀπρόσμικτοι, δυσεπίμικτοι, omnes illi, qui peregrinos iure commercii excludunt, eorumque conſociationem atque aditum recuſant, ut bene *Weſſeling*: ad *Herod.* I, 25. recte ergo iunguntur ἄμικτος, ἀκρατὴς καὶ πονηρός, ut apud *Lucian*: *Ver. Hiſt.* I, 35. χαλεποὶ, βαρεῖς, ἄμικτοι καὶ ἄγριοι. infra τὸ δυσεπίμικτον nobis occurret IV, 6.

13. Καὶ πυρὸς καὶ ναμάτων ἀναλ.] Forte καὶ διὰ πυρὸς καὶ ν. & conſumptiones frugum factas adminiculo ignis & aquarum. ſignificat earum coctiones. REISK. Suſpicabar καὶ πυροῦ, ſive πυρῶν, quae voces ſaepe permixcentur, ut oſtendit *Weſſeling*: ad *Diod.* I, 72. qua re enim frumenti hic mentionem omiſſiſſet? ſed obſtant νάματα, quae etiamſi manus pruriant, tentare non audeo. Paulo ante *Meerm.* οὕτως τὰς.

14. Ζῶα ὑπάγειν.] *Fogeroll.* & *Valent.* correxerunt ζῶα δὲ ὑπάγειν, idque etiam iubet *Cod. Meerm.* Paulo poſt *Abreſchius* reſingebat ὑπερφυὲς ὡς, ut ſaepe *Plato*.

15. Προκάννουσι.] Subſtitui πρὸς καμάτων. pro ἀντίδουλα legebatur prius ἂν δοῦλα. Vid.

*Plut.* de Sollert. Anim. VALENT. Προκάννουσι bene habet. προκάννειν eſt loco alterius laborare, & praeuia ſua opera ſuccedaneam alterius operam magna parte moleſtiae releuare. ſed deinde leg. eſt καὶ μοχλοῦſιν, ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα. nam verſus eſt ſenarius Aeſchyli, etiam a *Plut.* ſaepe recitatus. REISK. Prioriores *edd.* poſt προκάννουσι ſenſum claudunt, & μόχλους, qui Aeſchyli eſſe haud videntur, ſequentibus iungunt. Potuit tamen Noſter μόχλους ἵππων — dicere ἀντίδουλα κ. π. ε. ut eidem illi *Aeſchyl.* in *Prom.* *Vinct.* 463. dicuntur,

Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχλημάτων.  
quae ex *Eodem* ſequuntur, laudat *Plut.* T. II. p. 98. C. & p. 964. F. ſed diuerſo modo. Priori loco:

Ἴππων ὄνων τε ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονᾶς  
Δοὺς ἀντίδουρα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.

In altero autem ὀχεῖαν, ἀντίδουλα & ἀνδέκτορα habet. Eſt ergo & ex illo & e Noſtro priori in loco ἀντίδουλα pro ἀντίδουρα apud *Plut.* legendum, quod in poſteriori ſine dubio contra *Xylandr. Pavius* ad *Aeſchyl.* *Fragm.* p. 1104. e *Porph.* adſeruiffet, ſi Noſtri recorda-

καὶ μόχθους ἵππων, ὄνων τε ὀχείαν  
καὶ ταύρων γὰνὰς, ὡς Αἰσχύλος  
φησὶν, ἄν. δοῦλα καὶ πόνων ἐκ-  
δέκτορα χειρῶσάμεναι καὶ κατα-  
ζεύξαντες.

§ 19. Ὁ δὲ ἀξίων ἡμᾶς ὄψω μὴ  
χρησθαι βοῖ, μὴδὲ πνεῦμα καὶ  
ζῶην διολλύντας καὶ διαφθείροντας,  
ἢ ἡδύσματα πλησμονῆς, καὶ καλ-  
λωπίσματα προστίθεσθαι τραπέξης,  
τίνος ἀναγκαίου πρὸς σωτηρίαν, ἢ  
καλοῦ πρὸς ἀρετὴν, ἀφαιρεῖται τὸν  
βίον; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ζώοις τὰ  
φυτὰ παραβάλλειν, κομιδῇ βίαιον.  
τὰ μὲν γὰρ αἰσθάνεσθαι πέφυκε καὶ  
ἀλγεῖν, καὶ φοβεῖσθαι, καὶ βλάπτε-  
σθαι διὰ καὶ ἀδικεῖσθαι τοῖς δὲ οὐ-  
θέν ἐστιν αἰσθητὸν, οὕτως δὲ οὐδὲ ἀλ-  
λότριον, οὐδὲ κακὸν, οὐδὲ βλάβῃ τις,  
οὐδὲ ἀδικία καὶ γὰρ οἰκειώσεως πάσης  
καὶ ἀλλοτριώσεως ἀρχὴ τὸ αἰσθάνεσθαι.  
τὴν δὲ οἰκειώσιν ἀρχὴν τίθενται δικαιο-  
σύνης οἱ ἀπὸ Ζήνωνος. πᾶς δὲ οὐκ ἄ-  
λογον πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπ' αἰ-  
σθήσει μόνον ζῶντας ὁρῶντας, νοῦν  
δὲ καὶ λόγον οὐκ ἔχοντας, πολλοὺς δὲ  
πά-

equis & afinis adgestandum taurorum  
que sobolem, ut Aeschylus inquit,

*In seruitutem adductam exceptricem  
effici.*

*Nostri laboris, ut etiam subeat iuga:*

§ 19. Nam qui non uesci boue nos  
censet, neque ex ullo spiritu aut uita  
corrupta mensarum condimenta con-  
quirere, qua re uel necessaria ad salu-  
tem, uel honesta ad uirtutem uitam ho-  
minum priuat. Plantas enim comparare  
animalibus uelle ualde absurdum, ac  
uiolentum uidetur. quippe cum anima-  
lia sentiant, doleant, timeant, & of-  
fendantur, atque iccirco iniuria affici  
possint: plantis nullus sensus adfit, at-  
que ideo neque alienum, neque ma-  
lum, neque laesio aliqua aut iniuria  
accidat. Conciliationis enim omnis,  
& alienationis principium sensus est.  
Conciliationem uero principium iu-  
stitiae Zeno statuit. At uero quo pa-  
cto absurdum non est, cum multos  
homines sensu tantum uiuere, men-  
tem autem & rationem nullam prope-  
modum habere uideamus: multos  
item

datus esset. nam pro ἐν δοῦλα legendum esse  
ἐντίδουλα non dubitabis. ὀχείαν *vehiculum*  
Latinus & Gallicus interpretes dedit. ὀχεία  
potius *coitus*, *foetus*. Legebant ὀχεία, &  
recte. ut priori in loco *Plut.* cui in altero  
sic etiam restituit *Reisk.* Anim. ad *Plut.* p.  
549. qui ὀχεία vehicularia instrumenta esse  
docet, adeoque ὀχεία ὄνων sunt ὄνοι ὀχοντες.

significatio tamen *foetus* melius respondet  
ταύρων γού. *Cod. Lips.* habebat ὡς καὶ Αἰσχύλος.

1. ἡδύσματα πλησμονῆς.] Πλησμονὴν τῆς σαρκὸς dicit *S. Paull.* ad Coloss. II, 23. quocum  
hunc locum contendeat *Weistien*: huius modi  
ἡδυσμάτων catalogum habemus apud *Athen.*  
IV, 20 & 21. Mox pro προστίθεσθαι *Abresch*:  
προτίθεσθαι.

item qui ſaevitia, ira, & inſolentia feras uel maxime horribiles ſuperent, parricidas, nefarios, tyrannos: erga eos aſſerere nobis eſſe ius: erga bouem autem aratorem, & domesticum canem, & pecudes quae nos & lacte nutriunt, & tonſura uestiunt, nullum eſſe ius dicere?

§ 20. Sed illud ſcilicet Chryſippi uerſimile apud iſtos eſt: Nos noſtri & deorum cauſa: animalia caetera noſtri cauſa facta a diis fuiſſe: atque equos quidem ſimul nobiſcum bellum gerere, canes ſimul uenari: pardos, urſos & leones uirilem exercitationem nobis exhibere: ſuam

πάλιν ὁμότητι καὶ θυμῷ καὶ πλεονεξίᾳ τὰ φοβερώτατα τῶν θηρίων ὑπερβεβλήκοντας, παιδοφόνους καὶ πατροκτόνους, <sup>2</sup> τυράννους καὶ βασιλέων ὑπουργούς, πρὸς μὲν τούτους <sup>3</sup> οἶεſθαι εἶναι ἡμῖν πρὸς δὲ τὸν ἀροτῆρα βοὺν, καὶ τὸν σύντροφον κύνα, καὶ τὰ γάλακτι μὲν τρέφοντα, <sup>4</sup> κουρᾶ δὲ κοσμοῦντα θρέμματα μηδὲν εἶναι, πῶς οὐ παραλογώτατόν ἐστιν;

§ 20. Ἄλλ' ἐκεῖνο νῆ Δία τοῦ Χρυσίππου πιθανὸν ἦ, ὥς ἡμᾶς αὐτῶν καὶ ἀλλήλων οἱ θεοὶ χάριν ἐποιήσαντο, ἡμῶν δὲ τὰ ζῶα, συμπολεμεῖν μὲν ἵππους, καὶ συνθηρεῦειν κύνας, ἀνδρείας δὲ γυμνάſια παρδάλεις <sup>1</sup> καὶ ἄρκτους καὶ λέοντας. ἢ δὲ <sup>2</sup> ὧς,

K k 2

3 ἐν-

2. Τυράννους καὶ βασιλέων ὑπουργ.] Haec explicari debent e more illorum, qui in libertate viventes regum nomen in odium vocarunt. cum enim libera regna facilius in tyrannidem abirent, iſtud vitium quaſi regno inſitum exagitabant. Hinc *regie vivere*, *regie & crudeliter facere* ac ſimilia Latinis, & *regum* vocabulo animi impotentia atque ipſa tyrannis exprimitur, ut oſtendit *Schulzing. ad Senec. II.* Controv. 15. βασιλεὺς καὶ τύραννος eandem ob cauſam *Demoſtheni* atque aliis iungi ſolent.

3. Οἶεſθαι εἶναι ἡμῖν.] Supplevi τὸ δίκαιον. ſenſus enim verborum id flagitavit. VALENT. Forte οἶεſθαι οἰκείῳ τι (vel δίκαιον) εἶναι ἡμῖν. REISK. Το δίκαιον in margine iam notarat *Edit. Lugdun.* eoque modo ſenſum eſſe ſupplendum res ipſa loquitur.

4. Κουρᾶ δὲ κοσμ. θρέμματα.] Θρέμματα pecudem h. l. notant, quo ideoque utuntur, qui eandem notionem *Euang. Ioann. IV*, 12. adſerere ſtudent. Conf. *Weiffen.* ego illis accedo, qui *domesticos* ita intelligunt.

1. Καὶ ἄρκτους.] In *Cod. Lipſ.* ἄρκτους a pri-

ma manu, quod recentior correxit ἄρκτους. poterat ea opera ſuperfedere, nam ἄρκτος non minus quam ἄρκτος uſurpabatur. REISK. Ἄρκτους etiam dat *Meerm.*

2. ὧς — οὐ δι' ἑλλῶ τι πλὴν βύεſθαι ἐγγ.] Paullo aliter infra ὧς φύσει γέγονε πρὸς τὸ σφάγηται καὶ καταβρῆθῆναι. Supra autem I, 14. οὐδὲ πρὸς ἑλλῶ τι χρίσιμον ἢ πρὸς βρῶσιν. hic propter ſacrificia natum dicitur animal. *Ovid. XV. Metam.* 111.

— & prima putatur

*Hostia ſus meruiſſe mori.*

Eleganter *Clem. Alex. Strom.* II. p. 405. D. λέγεται γ' οὖν τινὰ τῶν φιλοſοφούντων ἐνυμολογοῦντα τὴν ὕν εἶναι Φάναι ὡς εἰς βύσιν καὶ σφάγην μόνον ἐπιτίθειον. *Varrō de R. R.* II, 4. *Sus Graece dicitur ὧς, olim thyſus dictus* — ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium primum ſumitum videtur. ubi pro thyſus e *Clemente* reſcribo *thys*. nec dubito, quin *Philosophus* ille, cuius *Clem.* meminit, quemque ſc̄o neſcire ad *Varronē*, dicit *Scal.* ſit *Cleanthes*, cuius teſtimonium ſtatim producet. De ſuiſbus venuſte *Aefopus*,

κε-

ἢ ἐνταῦθα γὰρ ἔστι τῶν χαρίτων τὸ ἥδιον, οὐ δὲ ἄλλό τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει, καὶ τῇ σαρκὶ τὴν 4 ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἄλας ἐνέμιξεν, εὐοψίαν ἡμῖν. μηχανώμενος. ὅπως δὲ ζωμοῦ καὶ παραδειπνίων ἀφθονίαν ἔχωμεν, ὅσρεά τε παντοδαπᾶ, καὶ πορφύρας, 5 καὶ ἀκαλήφας, καὶ γένη πτηνῶν ποικίλα παρεσκεύασεν, 6 οὐκ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ μέγα μέρος ἐνταῦθα 7 τρέψας εἰς γλυκυθυμίας, τὰς τιτθὰς ὑπερβαλλόμενος καὶ καταπυκνώσας ταῖς ἡδοναῖς καὶ ἀπολαύσεσι τὴν περίγειον τόπον. ὅτῳ δὴ ταῦτα δοκεῖ τι τοῦ πιθανοῦ καὶ θεῷ πρόποντος μετέχειν, σκοπεῖτω τι 8 πρὸς ἐκεῖνον ἔρεϊ τὸν

λό-

uero, hic enim scilicet gratia iucundissima consistit, non ob aliud quicquam factum fuisse, sed carni eius, ut nobis opsonium procuraret, deum animam loco salis miscuisse. qui quidem etiam ut iufculi, & cupediarum copiam haberemus, uaria ostrearum genera, & purpuras, & urticas, & diuerfas uolucrum species produxit, neque aliunde nobis praeparauit, sed tanquam magnam sui partem hic nos ad suauitates conuertit, condimentorumque illecebris nutrices exuperans, totum circum terram locum uoluptatibus, & iucunditatibus repleuit. Itane haec habere in se probabilitatis quicquam, deoque conuenire ullo modo uidentur? Sed uiderit quiuis, quid ad il-

κεκραγῆναι μέγιστον dicebat, συνειδέναι γὰρ αὐτοῖς οἰδέν ἄλλο χρησίμους ὁδὸν ἔλκωνται, πλὴν εἰς τὴν θυσίαν, apud *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 718. B.

3. Ἐνταῦθα γὰρ τῶν χαρίτων τ. ἡδ.] Nempe τὴν ὕν κρέας ἔχειν τῶν ἄλλων κρεῶν ἥδιον ἐκ πολλοῦ πεπίσενται, ut dicit *Aelian.* H. A. IX, 28. Notum quam proterve ideo Iudaei olim habiti, cum carne suilla abstinerent. Adscribam modo dictum Antiochi Eleazaro: διὰ τὴν γὰρ τῆς φύσεως κεχαρισμένης καλλίστην τὴν τοῦδε τοῦ ζώου σαρκὸς φανερὰν βδελύττη; καὶ γὰρ ἀνόητον τοῦτο δοκεῖ τὸ μὴ ἀπολαύειν τῶν χωρὶς ὀνείδους ἡδέων, καὶ ἄδικον ἀποσρέφειν τὰς τῆς φύσεως χάριτας. Apud *Ioseph.* de Maccab. 5.

4. Ψυχὴν οἷον ἄλας ἐνέμιξεν.] Cleanthis dictum, ἀντὶ ἁλῶν αὐτοῦς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα, apud *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 718. B. animam illi pecudis datam pro sale, ne putresceret, id dicit *Cicer.* in loco a *Sylburg.* ibi excitato, & *Rittersb.* ad *Porph.* Vit. Pyth. I.

5. Καὶ ἀκαλήφας.] Ita melius, quam, quo

nomine aliis etiam scribitur, ἀκαλόφῃ. qua de re *Io. Alb.* ad *Hesych.* in V.

6. Οὐκ ἀλλαχόθεν.] Bene habet hic locus, quamquam est paullo obscurior. οὐκ ἀλλαχόθεν idem est atque οὐκ ἀπ' ἄλλης τινὸς αἰτίας. non alia quapiam de causa, sed quasi ipse sui magnam partem huc contulisset. hoc est, sed tanquam si ultro deus curarum suarum magnam partem huc contulisset, & in formando hoc rerum universo hoc inprimis spectasset, ut homini voluptatum copias quam maximas suppeditaret. REISK.

7. Τρέψας εἰς γλυκυθυμίας.] Sic distingo τρέψας, εἰς γλυκυθυμίας τὰς τιτθὰς ἱρσας nutrices vincens studio nostro animo rerum suauitatibus ingerendis gratificari. Mox ὑπερβαλλόμενος. in aoristo. REISK. Immo vero θρέψας malim, quod *Clar.* *Abreschbio* etiam placebat. Saepe ob literarum adfinitatem confunduntur illa uocabula.

8. Πρὸς ἐκεῖνον ἔρεϊ τὸν λόγον.] *Plato* in *Soph.* p. 168. σκοπεῖν χρὴ τί πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρινεῖται. Locutio e iure petita uidentur,

illam Carneadis rationem respondeat. unumquodque inquit, quod natura effectum est, quando finem illud consequitur, ad quem natura est factum, utilitatem consequitur. utilitas autem communiori significato pro bono usu quem isti appellant, accipienda est. sus autem ad id factum est, ut iuguletur, ac comedatur. sus igitur cum editur, finem consequitur suum, & utilitate afficitur. At si ad hominum usum animalia deus produxit: cui usui nobis futurae sunt muscae, culices, uespertiones, scabiei, scorpia, uiperarum? quorum alia & uisu turpia, & tactu immunda, & odore intolerabilia & uoce iniucunda & horrenda: alia perniciofa omni-

λόγον δὲ Καρνεάδης ἔλεγεν. ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τοῦ πρὸς δὲ πέφυκε καὶ γέγονε τυγχί- νη τέλους, ὠφελεῖται. κοινότερον δὲ 9 τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρησίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουσέον. 10 ἡ δὲ ὅς φύσει γέγονε πρὸς τὸ σφαγῆναι καὶ καταβρωθῆναι· καὶ τοῦτο πά- σχουσα, τυγχάνει τοῦ πρὸς δὲ πέ- φυκε καὶ ὠφελεῖται. καὶ μὴν εἰ πρὸς ἀνθρώπων χρήσιν ὁ θεὸς μεμηχάνη- ται τὰ ζῶα, 11 τί χρησόμεθα μυί- ας, ἐμπίσι, νυκτερίσι, κανθά- ροις, σκορπίοις, ἐχίδναις; ὣν τὰ μὲν ὄραν εἶδεχθῆ, καὶ θιγγάνειν μίαν, καὶ κατ' ὁδμᾶς δυσανά- σχετα, καὶ φθέγγεται δεινὸν καὶ ἀτερπές. τὰ δ' ἀντικρυς 12 ὀλέθρια τοῖς

K k 3

τοῖς

ur, de illis qui ad adversarii argumenta respondent, vel nihil habent quod opponere queant. *Lucian*: in Iove Tragoed: τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς. eadem prorsus formula, (opportune locum illum contendebat *Doct. Marleus*) qua *S. Paull.* ad Rom. VIII, 31. τί οὖν ἐροῦ- μεν πρὸς ταῦτα. ubi perperam, ut videtur. *Vir Clar.* πρὸς per de verti volebat, quod hic non magis notat quam in loco, quem adducit ex *Epist.* ad Hebr. IV, 3. ubi intelligo de illis, qui coram iudice rem agunt, ut apud *Dion. Hal.* VI. p. 374. πρὸς τὸν δῆμον ὁ λόγος ἀναγκῶς γίγνεται μοι. Nostrae huic locutioni similis etiam illa *Julian*: ad *Themist.* p. 256. B. πρὸς ἣν ῥητέον. Paullo ante pro ὅτῳ *Cod. Lips.* ὅπως. & post δοκεῖ omittit τι. utrumque male.

9. Τῆς ὠφελείας ἣν εὐχρησίαν λ.] Melius *Cel. Abresch*: τὸ τῆς ὠφελ. Res medias χρή- σιμα ἢ εὐχρησκα dicebant Stoici, ἀλλ' οὐκ ὠ- φέλεια. utilia, non conducibilia. Vide *Ca-*

tak: ad *Anton.* VI, 45.

10. Ἡ δὲ ὅς.] Forte ἡ δὲ. quod si ergo porcus. est initium refutationis ab absurdo ductae. concludit sic. si verum est id quod Carneades dixit, & verum porro si est, quod vos affirmatis, animantia vestra gratia esse creata, consequetur, expedire sui ut mactetur, sed absurdum hoc est, falsum ergo vestrum est scitum. REISK.

11. Τί χρησόμεθα μ. &c.] *Hieron*: Adv. Iovin: II, 6. Si enim omne quod movetur & vivit ad vescendum factum est, respondeant mihi cur elephantis, cur leones, ursi, leopardi, lupi: cur viperae, scorpia, cimices, culices pulicesque: cur vultur, aquila — quis nostrum leonem, quis vi- peram, quis vulturem, quis ciconiam, quis milvum, quis reptantes in lioribus vermiculos unquam comedit?

12. Ὀλέθρια τοῖς τυγχάνουσιν.] Τοῖς ἐντυγχά- νουσι. φάλαγγαι τε in nomin: propter sequens γέ-

τοῖς τυγχάνουσιν. Φαλαίνας τε <sup>13</sup>  
καὶ πρίσεις καὶ τὰ ἄλλα κήτη ,  
<sup>14</sup> ἃ μυρία βόσκειν Ὀμηρός φησιν  
ἀγάζονον Ἀμφιτρίτην , τί οὐκ ἐ-  
δίδαξεν ἡμᾶς ὁ <sup>15</sup> δημιουργός , ὅ-  
πη χρήσιμα τῇ φύσει γέγονε ;  
εἰ δὲ οὐ πάντα φασὶν ἡμῖν καὶ  
πρὸς ἡμᾶς γεγονέναι , πρὸς τῷ  
σύγχυσιν ἔχειν πολλὴν καὶ ἀσά-  
φειαν τὸν διορισμὸν , οὐδὲ ἐκφεύ-  
γομεν τὸ ἀδικεῖν , ἐπιτιθέμενοι  
καὶ χρώμενοι βλαβεράς τοῖς οὐ  
δι' ἡμᾶς , ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς κα-  
τὰ φύσιν γεγεννημένοις. ἐγὼ λέγειν  
ὅτι χρεῖα τὸ πρὸς ἡμᾶς ὀρίζον-  
τες , οὐκ ἂν φθάνοιμεν ἑαυτοὺς  
ἐνεκα τῶν ὀλεθριοτάτων ζώων , οἷα  
κροκόδειλοι , καὶ φάλαιναι , καὶ  
δράκοντες γεγονέναι συγχωροῦντες.  
ἡμῖν μὲν γὰρ οὐθέν ἀπ' ἐκεί-  
νων ὑπάρχει τὸ παράπαν ὠφελεί-  
σθαι· τὰ δὲ ἀρπάζοντα καὶ δια-  
φθείροντα τοὺς παραπίπτοντας ἀν-  
θρώπους , βορᾶ χρηταί , μηδὲν ἡ-  
μῶν κατὰ τοῦτο δρῶντα χαλεπώ-  
τε-

nino occurrentibus sunt. quid? nonne  
in balaenis, & pistricibus & immanibus  
cetis, quae innumera, ut inquit Ho-  
merus, enutrit perflabilis Amphitrite,  
edocuit nos summus opifex, quo pacto  
utilia naturae essent? At si non omnia  
nobis, ad usumque nostrum procreata  
esse dixerint, praeterquam quod con-  
fusa admodum, atque obscura distin-  
ctio est, ne euitare quidem poterimus,  
quo minus iniuste nos geramus, si illis  
uim inferamus, noxieque utamur,  
quae non propter nos, sed sicut nos  
secundum naturam fuerunt procreata.  
Omitto praeterea quod si usu ea quae  
ad nos spectent, nostriue causa exti-  
terint, metiri uoluerimus, nihil erit  
cur nos quoque perniciosissimorum ani-  
malium causa, cuiusmodi sunt croco-  
dili, balaenae, & dracones, factos fu-  
isse concedere non debeamus. nulla e-  
nim ab illis prorsus utilitas nobis euenit.  
ipsa uero homines qui forte occurrerint,  
rapiunt, ac lacerant, eisque in cibum  
uti consueuerunt. Nihilque in eo saeu-  
ius quam

γέγονε. REISK. Bene ἐντυγχάνουσι. Accusativus  
Φαλαίνας forte positus extra constructionis ra-  
tionem, ut solet utroque in sermone, cum  
exponi potest per ellipsin τοῦ quod ad, qua  
de Periz: ad Aelian: V. H. VI, 1.

13. Καὶ πρίσεις.] Φάλαιναι & πρίσεις iungun-  
tur etiam Athen: L. VIII. p. 333. F.  
Aristot: H. A. VI, 12. Suidae & aliis per  
scribitur, sed ut Noster plures. Vide Rit-  
tersh: ad Oppian: 1, 370.

14. Ἄ μυρία βόσκειν Ὀμ. φ.] Odyss. M. 96.

Δελφίνας τε κύνας τε, καὶ εἰποῖ μεῖζον ἔλθοι  
Κῆτος, ἃ μυρία βόσκει ἀγάζονος Ἀμφιτρίτη.  
Auctoris non recordabatur Wolfius, cum illa  
Liban: Epist. 623. θαλάττης πολλὰ βόσκουσας,  
e veteri quodam poeta petita viderentur.

15. Δημιουργός.] Sollemnis Dei titulus, quo  
Hierocl: & alii saepe utuntur, nihil addo  
diligentiae V. D. ad Virum S. in Epist. ad  
Hebr. XI, 10. Paulo post Lips. articulum ad-  
dit, ὅτι τῇ χρεῖα & sic etiam Maerm.

quam nos ſe gerunt , niſi quod i-  
pſa inopia & fames ad iniuſtitiam  
hanc inducit. nos contumelia & luxu  
per luſum ſaepe in theatris, & uenatio-  
nibus pleraque animalia interficimus.  
Ex qua quidem conſuetudine qui pri-  
mum id auſi ſunt , ſicut promptitudi-  
nem ad caedem, & feritatem, & incle-  
mentiam in nobis corroborarunt: ita  
manſuetudinis plurimum abſtulerunt.  
Pythagorei autem manſuetudinem erga  
beſtias humanitatis, & miſericordiae  
exercitationem nobis futuram eſſe exi-  
ſtimarunt. Quare quo pacto hi ad iuſti-  
tiam non magis incitant, quam qui ex  
his conſuetam iuſtitiam corrumpi aſſe-  
runt? conſuetudo enim ad hominem in  
affectibus qui paulatim inoleſcunt, ul-  
terius prouehendum mirabilem uim ha-  
bet.

§ 21. Sane inquit, ſed ſicut mor-  
tali immortale, & corruptibili incor-  
ruptibile, & corporeo incorporeum  
oppoſitum eſt: ita rationali quod in  
rerum natura exiſtere conſpicitur ,  
ir-

τερον , πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἔνδεια καὶ  
λιμὸς ἐπὶ ταύτην ἄγει τὴν ἀδικίαν,  
ἡμεῖς δὲ ὑβρεῖ καὶ τρυφῆς ἕνεκα,  
παίζοντες πολλάκις ἐν θεάτροις,  
καὶ κυνηγεσίῳ, τὰ πλείω τῶν  
ζώων φονεύομεν· 16 ἐξ ὧν δὴ καὶ  
τὸ μὲν Φοινικὸν, καὶ θηριῶδες ἡ-  
μῶν ἐπερρώσθη, καὶ τὸ πρὸς οἶκτον  
ἀπαθὲς, τοῦ δ' ἡμέρου τὸ πλεῖ-  
σον· 17 ἀπήμβλυναν οἱ πρῶτοι τοῦ-  
το τολμήσαντες. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι  
τὴν πρὸς τὰ θηρία πραότητα με-  
λέτην ἐποιήσαντο τοῦ Φιλανθρώ-  
που καὶ Φιλοικτίμονος. ὥς πῶς  
οὐχ οὗτοι πρὸς δικαιοσύνην μᾶλλον  
ἡγείραν, ἢ οἱ φθείρεσθαι λέγον-  
τες ἐκ τούτων τὴν συνήθη δικαιοσύ-  
νην; ἡ γὰρ συνήθεια δεινὴ τοῖς  
κατὰ μικρὸν ἐνοικειούμενοις πάθεσι  
πέρρω προσαγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον.

§ 21. 1. Ναί, φαſιν, ἀλλ' ὥς  
τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον ἀντίκειται  
καὶ τῷ φθαρτῷ τὸ ἀφθαρτον, καὶ  
σώματί γε τὸ ἀσώματον, οὕτως  
ὑπάρχοντί γε τῷ λογικῷ χρῆναι τὸ  
ἄ-

16. 'Εξ ὧν δὴ καὶ τὸ μὲν Φοινικὸν &c.] Haec  
& quae ſequuntur, ſed ſubinde paullulum  
immutata, uſque ſub finem § 24. ſumſit e  
*Plutarcho* T. II. p. 959. E. nobis ergo in  
his brevioribus eſſe licebit, quia Porphyrii  
proprie non ſunt. Ex illo aliquando *Plut.*  
& viciffim e *Plut. Porpb.* auxilium expe-  
ctat.

17. 'Απήμβλυναν.] Ita lege. Vetuſtiſſima  
non tantum editio ſic habet, quod nescio  
cur *Lugdun.* quem ſecutus fuit *Editor Can-*

*tabr.*, mutarint in ἀπήμβλυναν. noſtrum qua-  
que eſt. in *Cod. Lipſ.* ac *Meerm.* & apud  
*Plutarchum*, qui in fine §. προαγαγεῖν ha-  
bet.

1. Ναί φαſιν &c.] A ſectione 21. ad § 25.  
deſcenduntur verba ex *Plut.* uſus ſum *Xyl.*  
verſione, aliquibus hic illic immutatis. E-  
mendationes igitur quae in iſto intervallo  
occurrunt, *Plut.* auctoritate ſulciuntur. Nec  
iccirco hic memorabo, ſed eas ſolum quae  
mea ſolius coniectura nituntur, igitur lin. 39.  
in-

ἄλογον ἀντικεισθαι καὶ ἀνθυπάρ-  
χειν. καὶ μὴ μόνην ἐν τοσαῖς δὲ  
συζυγίαις ἀτελῇ τήνδε λείπεσθαι <sup>2</sup>  
καὶ πεπηρωμένην. ὥσπερ ἡμῶν μὴ  
τοῦτο συγχωρούντων <sup>3</sup> ἢ πολὺ τὸ  
ἄλογον ἐπιδεικνύντων ἐν τοῖς οὖσιν.  
πολὺ γὰρ δῆπου καὶ ἄφθονον ἐν  
πᾶσι τῆς ψυχῆς ἀμοιροῦσι, καὶ  
οὐδὲν ἐτέρας δεόμεθα πρὸς τὸ λογι-  
κὸν ἀντιθέσεως· ἀλλὰ πᾶν ἐυθὺς τὸ  
ἄψυχον, ἄλογον ὃν καὶ ἀνόητον,  
ἀντίκειται τῷ μετὰ ψυχῆς λόγον  
ἔχοντι καὶ διάνοιαν. εἰ καὶ τις ἀ-  
ξιοῖ μὴ κοινῶς τὴν φύσιν, <sup>4</sup> ἀλλὰ  
τὴν ἑμψυχον φύσιν ἔχειν, τὸ μὲν  
φανταστικόν, τὸ δὲ ἀφαντασίωτον,  
καὶ τὸ μὲν αἰσθητικόν, τὸ δὲ ἀ-  
ναίσθητον, ἵνα δὴ τὰς ἀντιζύγους  
<sup>5</sup> ταύτας καὶ ἀντιθέτους ἔξεις καὶ  
ποιήσεις περὶ ταυτὸν ἢ φύσις ἔχη  
γένος, οἷον ἰσορρόπους, ἀλλ'  
ἄτοπον τοῦτογε. εἰ δὲ ἄτοπος ὁ  
ζητῶν τοῦ ἑμψύχου τὸ μὲν αἰσθα-  
νόμενον, τὸ δὲ ἀναίσθητον εἶναι,  
καὶ

irrationalē esse, quod opponatur, neque  
solum hanc oppositorum iugationem re-  
linqui mancā debere affirmant. Qua-  
si id nos negemus, aut multa irratio-  
nalia in rebus inueniri non ostendamus.  
Multa enim & copiosa irrationalis uis  
quaedam in omnibus sese offert, quae  
anima carent: ut nihil aliud aliunde re-  
quirendum sit, quod rationali oppona-  
tur. Quippe cum omne inanimatum  
cum rationis & mentis expers conti-  
nuo sit, ei opponatur, quod ratione  
& mente praeditum est. Etiam si  
quispiam sit, qui non communiter na-  
turam, sed animatam naturam esse  
censeat, quam aliud quod imaginatio-  
ne praeditum sit, habeat aliud quod ea  
careat, & aliud sensibile, aliud insen-  
sibile: ut habituum horum & priuati-  
onum oppositiones circa idem genus  
quasi aequilibrēs natura obtineat: id  
quod profecto absurdum est. Absurdus  
siquidem esset, si quis ex animatis ali-  
ud uellet esse sensibile, aliud insensibi-  
le

interpono μὴ ex coniectura. VALENT. Immo  
vero superiora iam quaedam *Plutarchi* sunt.  
dixi statim.

2. Καὶ πεπηρωμένην.] Ita recte. & sic est  
apud *Plutarch.* male antea legebatur πε-  
πληρωμένην. Bene ergo Nostro id etiam resti-  
tuebat *D'Orvill.* ad *Charit.* II, 9. ubi de  
voce ista plura.

3. Ἡ πολὺ τὸ ἀλ.] *Valent.* interponebat  
μὴ, & ante illum *Fogeroll.* suadet id quo-  
que *Plut.* Eiusdem literae repetitio fraudi  
fuit librario, nisi pro ἡ fuisse μὴ putemus.

4. Ἀλλὰ τὴν ἑμψυχον φ. ε.] Antea legeba-  
tur ἑμψυτον, sed quod correctum iam fuit.  
*Plut.* paullum diverso modo. εἰ δὲ τις ἀξιοῖ  
μὴ κολοβὸν εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἑμψυχον  
φ. ε.

5. Ταύτας καὶ ἀντιθέτους —] Ταύταις *Flor.*  
*Edit.* & *Lips.* ac *Meerm.* *Cod.* Recte *Valent.*  
e *Plut.* revocavit ταύτας. Pro ποιήσεις idem  
σερήσεις, quod praeferebat *Reiskius*, quali-  
ficationes vulgo barbare adpellant. Paullo  
post εἶγε ἄτοπος *Flor.* & *Lipsiensis*.

le, aliud quod imaginatione utatur, aliud quod non utatur. Omne enim animatum ſenſuum continuo, & imaginativum natura eſt. Sic igitur neque quicquam iure id requireret, ut ex animatis aliud rationale, aut irrationale eſſe detur, praefertim cum aduerſus homines eos diſputet, qui nihil ſenſus eſſe particeps opinantur, quod non etiam intelligentiae ſit. neque eſſe animal quicquam, cui non opinio etiam quaedam, & ratiocinatio adſit. eo quod omnis ſenſus, omniſque incitatio ſecundum naturam exiſtat. Natura ſiquidem, quam alicuius cauſa, & ad aliquid omnia facere recte aiunt, non ut ſimplici tantum modo pateatur, ac ſentiret, ſenſu praeditum animal fecit: ſed cum multa conuenientia ipſi & commoda ſint, multa aliena, ut ne breui quidem tempore eſſe poſſet, niſi haec cauere, illa ſibi conciliare didiciſſet, utrorumque cognitionem ſimili modo ſenſu exhibitō ſingulis indidit. Quae uero ex ſenſu conſequuntur, utilium ſectationes & apprehenſiones, nec non pernicioſorum & moleſtorum repulſiones

καὶ τὸ μὲν φαντασιούμενον, τὸ δὲ ἀφαντασίωτον, ὅτι πᾶν ἔμφυχον αἰσθητικὸν, εὐθὺς εἶναι καὶ φαντασικὸν πέφυκεν, οὐδὲ ὅς οὕτως ἐπιεικῶς ἀπαιτήσῃ τὸ μὲν λογικὸν εἶναι, τοῦ ἐμφύχου, τὸ δὲ ἄλογον, πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενος, μὴθεν οἰομένους αἰσθήσεως μετέχειν, ὃ μὴ καὶ συνέσεως, μὴ δ' εἶναι ζῶον, ὃ μὴ δόξα τις καὶ λογισμὸς, ὥς πᾶσα αἰσθησις καὶ ἔρμη, κατὰ φύσιν πάρεστιν. ἡ γὰρ φύσις, ἣν ἕνεκά τοι καὶ πρὸς τι πάντα ποιεῖν ὀρθῶς λέγουσιν, οὐκ ἐπὶ ψιλῷ τῷ ὃ πάσχειν καὶ αἰσθάνεσθαι, τὸ ζῶον αἰσθητικὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ ὄντων μὲν οἰκείων πρὸς αὐτὸ πολλῶν, ὄντων δὲ ἄλλοτρίων, οὐδὲ ἄκαρὲς ἦν εἶναι, μὴ μαθόντα τὰ μὲν φυλάττεσθαι, τοῖς δὲ συμφέρεσθαι· τὴν μὲν οὖν γνῶσιν ἀμφοῖν ὁμοίως αἰσθησις ἐκάσῳ παρεῖχεν, τὰς δὲ ἐπομένους αἰσθήσει, τῶν μὲν ὠφελίμων λήψεις, καὶ διώξεις, διακρούσεις δὲ καὶ φυγὰς τῶν ὀλεθρίων καὶ λυπηρῶν,

L 1

ρῶν,

6. Οὕτως γὰρ οὐδὲν οὕτως ἐπιεικ.] Ita prius legebatur in *Florent.* & *Lugdun.* id quod nunc vides *Plutarchi* eſt, cui tamen οὕτως reſtituit. *Reisk.* in *Animadv.* p. 547. *Cod. Lipſ.* & *Meerm.* οὕτως γὰρ οὐδὲ οὕτως ἐπιεικῶς.

7. Ὡς πᾶσα αἰσθησις.] Forte ſic diſtinguendum & legendum λογισμὸς. ὥς (nam, quippe, quia, quoniam) πάσῃς αἰσθήσεσι καὶ ὁρ-

μὴ κατὰ φύσιν πάρεστι. *REISK.* Pro ὥς πᾶσα *Plut.* ὥςπερ. & paullo ante μὴδὲ ἐν οἰομένους — ὃ μὴδὲ καὶ.

8. Πάσχειν καὶ.] *Plutarch:* πάσχοντι. ſed ibi πάσχον τι reſtituit *Reisk.* *Animadv.* p. 547. τὸ πάσχειν eſt in *Meerm.*

9. Ἀκαρὲς ἦν εἶναι μὴ μαθ.] *Plut.* ἦν περιεῖναι μὴ μαθόντι. & melius mox ἡ αἰσθησις παρέχει — τῇ αἰσθήσει.

ρῶν, οὐδεμία <sup>10</sup> μηχανὴ παρῆναι τοῖς  
μὴ λογίζεσθαι τι καὶ κρίνειν καὶ  
προσέχειν πεφυκόσιν. ὧν γὰρ ἂν  
ἀφέλης παντάπασιν προσδοκίαν, μνή-  
μην, <sup>11</sup> πρόθεσιν, παρὰσκευὴν, τὸ  
ἐλπίζειν, τὸ δεδοικέναι, τὸ ἐπιθυ-  
μεῖν, τὸ ἀσχάλλειν, οὔτε ὁμιλί-  
ων ὕφελος παρόντων, οὔτε ὥτων,  
αἰσθήσεως τε πάσης καὶ φαντασίας,  
τὸ χρώμενον οὐκ ἐχούσης, ἀπηλ-  
λάχθαι βέλτιον, ἢ πονεῖν καὶ λυ-  
πεῖσθαι καὶ ἀλγεῖν <sup>12</sup> καὶ διακρούεσθαι  
ταῦτα μὴ παρόντος. καίτοι Στράτ-  
ωνος γε τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν ἀ-  
ποδεικνύων, ὡς οὐδὲ αἰσθάνεσθαι τὸ  
παράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει  
καὶ γράμματα πολλάκις <sup>13</sup> ἐπιπορευο-  
μένους τῇ ὕψει, καὶ λόγοι προ-  
πίπτοντες τῇ ἀκοῇ διαλανθάνουσιν ἡ-  
μᾶς καὶ διαφεύγουσι, πρὸς ἑτέροις  
τὸν νοῦν ἔχοντας. εἴτ' αὖθις ἐπανήλ-  
θεν

nes fugae adesse nullo modo possunt,  
nisi iis quae ita natura constituta sunt,  
ut ratio cinari, iudicare, meminisse at-  
que advertere animum queant. Quibus  
enim expectationem, memoriam, atten-  
tionem, praeparationem, spem, metum,  
cupiditatem, indignationem omnino eri-  
pueris, iis neque oculorum, neque auri-  
um, neque aliorum sensum qui adsunt, ul-  
lum usum reliqueris. Quippe sensu omni  
& imaginatione, si nihil habeant, quod  
ipsis utatur, carere melius erat, quam  
laborare, & dolere nullamque molesti-  
as has depellendi facultatem habere.  
Quin Stratonis physici ratio est, qua  
neque sentire prorsus quempiam sine  
intelligentia posse demonstrat. Nam &  
literae oculis occurrentes, & auribus  
incidentes orationes saepe numero la-  
tere nos, & fugere consueverunt,  
cum alio animum intentum habemus.

de-

10. Μηχανὴ παρῆναι.] Παρῆναι nom habet  
*Plut.* sed e Nostro illi reddi debet. Paullo  
post ille ἀλλὰ ἂν ἀφέλης.

11. Πρόθεσιν.] Antiquae *edd.* quibuscum fa-  
ciunt *codd. Lips. & Meerm.* πρόθεσιν, quas  
voces, quia iisdem literis, sed diverso mo-  
do positis, pingebantur, passim confudit  
librariorum natio. V. *D'Orvill.* ad *Char.*  
*I.* 14. qui hic optat πρόθεσιν *propositum.* &  
sic bis *Plut.* & hoc in loco & p. 699. B.  
nisi in utroque πρόθεσιν sit rescribendum, quod  
hic legit quoque *Felic.* Etiam infra apud  
Nostrium IV, 20. πούτου προσδέσει pro πρόθεσι  
legendum videtur.

12. Καὶ διακρούεσθαι.] Aut simpliciter loco  
secundi καὶ legendum est τοῦ, aut eo fer-  
vato sic leg. καὶ ἀλγεῖν τοῦ εἰδότες φυλάττεσθαι

καὶ διακρούεσθαι μὴ παρόντος. *REISK. Plut.* ἢ  
διακρούεσθαι, quod adoptarat *Valent.* καὶ vi-  
detur occupasse locum τοῦ, ut *Foggeroll:*  
quoque visum fuit.

13. Ἐπιπορευομένους.] Apud *Plut.* est ὕμνα.  
sed, ut mihi quidem videtur, non recte.  
potius igitur ista verba ita verterem, (non  
ut *Xyl.*) *Nam saepe numero dum scriptio-  
nem aliquam oculis percurrimus, verba  
ad aures nostras accidentia latent nos &  
effugiunt.* *VALENT.* Non crediderim. Utrum-  
que quod dicit verum esse constat. nec ta-  
men ἐπιπορευομένους demutandum. Dicit, li-  
teras, quas oculis percurrimus, saepe nos  
effugere, & verba etiam, quae ad aures  
accidunt, si mentem ad alia conversam ha-  
be-

deinde rurfus ubi rediit , & recurrit , unumquodque ex ante dictis recolendo perſequitur. Vnde etiam dictum eſt , mens uidet , mens audit , caetera ſurda & caeca ſunt : eo quod affectio quae circa oculos , & aures exiſtit , niſi adſit quod intelligat , ſenſum non efficiat. Hinc etiam fertur Cleomenes rex , cum approbaretur in conuiuio cantor , interrogatus nunquid ipſi quoque is placeret , iuſſiſſe alios id iudicare , ſe in Peloponeſo mentem habere. Omnis igitur quibus eſt ſenſus , intelligentia quoque adſit , neceſſe eſt.

§ 22. Sed eſto demus , ſenſum ad opus proprium mente non indigere : quando tamen is circa com-

θεν καὶ μεταθεῖ καὶ δῶκει τῶν προειρημένων ἕκαστον ἀναλεγχόμενος. 14 ἢ καὶ λέλεκται, Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλὰ, ὡς τοῦ περὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰ ὦτα πάθους, ἂν μὴ παρῇ τὸ φρονεῖν, αἰσθησιν οὐ ποιοῦντος. διδὼ καὶ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς παρὰ πότον 15 εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος, ἐρωτηθεὶς εἰ μὴ φαίνεται σπουδαῖον, ἐκέλευεν ἐκείνους σκοπεῖν. 16 αὐτὸς γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν. ὅθεν ἀνάγκη πᾶσιν, οἷς τὸ αἰσθάνεσθαι, 17 καὶ τὸ νοεῖν ὑπάρχειν.

§. 22 'Αλλ' ἔσω μὴ δεῖσθαι τοῦ νοῦ τὴν αἰσθησιν πρὸς τὸ αὐτῆς ἔργον, ἀλλ' ὅταν γὰρ πρὸς τὸ οἰκεῖ-

L 1 2

κεῖ-

beamus. Mox μετὰ δῶκει τῶν προειρημένων eſt in *Plut.*

14. Ἡ καὶ λέλεκται. Νοῦς —] Peſſime *Lipſ.* e correptione, νοῦς οὐρανοῦς ἀκούει. In margine adſcriptum erat, οἷμαι ἡράκλειτον τοῦτο λέγειν. quod falſum quoque. Epicharmi eſt. Vide ſupra I, 41. Eum itaque intelligit *Max. Tyr. Diſſ. XVII, 10.* qui Syracuſo poëtae (is enim erat Epicharmus) contribuit. Multos qui verſum laudant (niſi quod pro κωφὰ aliqui perperam dent κούφα)

Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει· τ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλὰ

ibi recenset *Daviſ.* quibus adde *Iulian.* Orat. VIII. p. 247. & quos citat *Heinſ.* ad *Clem. Alex.* Strom. II. p. 369. & *Hemſterb.* ad *Ariſtoph.* *Plut.* 48. Hinc itaque reſcribendum eſſe videri poſſet apud *Noſtrum* in Vit. Pyth. num. 46. τὰ δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλὰ, non, ut editur, χαλὰ. Sed ibi Pytha-

gorae tribuitur, qui paululum inmutare poſuit. Bene autem *Plut.* & alii ὁρᾷ, non ὁρᾷ. Dorica enim dialecto uſus Epicharmus.

15. Εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος.] Poſterior vox deest *Cod. Lipſ.* ſed ſupplevit nova manus, quae eadem, ſine cauſſa certe vs. 12. αὐτὸν correxit. prima manus recte dederat αὐτὸς. REISK.

16. Αὐτὸς γὰρ ἐν πελ. —] Quod dedi *Edd.* priores & *Cod. Meerm.* etiam habent, ideoque reſtitui debebat, nam eleganter ἔλεγε ſupprimitur. *Valent.* αὐτὸν e *Plut.* adoptarat, ſed ibi quoque αὐτὸς legendum. *Idem* εἰ οἱ φαίνεται σ. ἐκέλευεν. Bene *Theophr.* de Senſ. p. 495. Πολλὰ καὶ πρὸς ἄλλα τὸν νοῦν ἔχοντες, οὐδ' ὁρᾷμεν, οὐτ' ἀκούομεν.

17. Καὶ τὸ νοεῖν.] Καὶ delet *Cod. Lipſ.* Paulo poſt *Plut.* ὅταν γὰρ τῷ ζῳῷ πρὸς — & deinde καὶ μὴ παρόντων.

I.

κεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον ἢ αἰσθησις ἐνεργασιαμένη διαφοράν ἀπέλθῃ, τί τὸ μνημονεύον ἐστὶν ἤδη, καὶ δευτέρως τὰ λυποῦντα, καὶ ποθοῦν τὰ ὠφέλιμα, καὶ μὴ παρόντα ὅπως παρέξαι μηχανώμενον ἐν αὐτοῖς, καὶ παρασκευαζόμενον ὁρμητήρια, καὶ καταφυγὰς, <sup>1</sup> καὶ θήρατρα, καὶ πάλιν αὖ τοῖς ἀλοῦσιν ἀποδράσεις τῶν ἐπιτιθεμένων; ἢ <sup>2</sup> ταυτί γε κἀκείνοι λέγοντες ἀποκναίουσιν ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς ἐκάστοτε, τὴν πρόθεσιν ὀριζόμενοι, <sup>3</sup> σημειώσιν ἐπιτελειώσεως. τὴν δ' ἐπιβολὴν ὁρμὴν πρὸ ὁρμῆς παρασκευὴν δὲ πρᾶξιν πρὸ πράξεως. μνήμην δὲ κατάληψιν ἀξιόματας παρεληλυθότος, οὗ τὸ παρὸν ἐξ αἰσθήσεως κατελήφθη. τούτων γὰρ οὐδὲν ὅτι μὴ λογικόν ἐστιν, καὶ πάντα τοῖς ζώοις ὑπάρχει παύσιν. ὥσπερ ἀμέλει <sup>4</sup> καὶ περὶ τὰς νοήσεις, ὥς ἀποκειμένους μὲν, ἐν-  
ναί-

commodum, & alienum operans differentiam eorum statuit, facultatem memorandi iam habet, quae & molestiam inferentia timet, & utilia tam absentia desiderat, tum ut adsint, procurat: praeparatque tum sectandi & uenandi modum: tum contra aufugiendi, & evitandi ea quae inuaserint. Quin ipsi quoque in introductionibus suis haec ubique ad fastidium usque inculcant: dum diffiniunt uel propositum obsignationem perfectionis: uel aggressionem incitationem ante incitationem: uel praeparationem actionem ante actionem: uel memoriam rei praeteritae comprehensionem, quam praesentem sensus perciperat. Quorum quidem nihil est, quod rationale non sit: & omnia animalibus omnibus adsunt. Id quod uidelicet circa intellectiones faciunt, quas repositas ἐννοίας, id est notiones, dum mouentur, & agitantur διανοή-  
σεις,

1. Καὶ θήρατρα. —] Pro καὶ θήρατρα, πάλιν αὐτοῖς ἀλοῦσιν ἀποδράσεις τῶν ἐπιτιθεμένων legitur apud Plutarchum, καὶ θήρατρα πάλιν αὖ τοῖς ἀλωσμένοις καὶ ἀπεδρ. τ. ἐπ. Si Porphyrii lectio melior potius ita verterem --- & indagines, rursusque sibi ab insidiatoribus capitis effugia. VALENT. Immo multo melior non tantum, sed unice vera Plutarchi lectio. quare in textum, quem vocant, recipere non dubitavi. Accidit hic quod supra saepius accidisse vidimus, ut duae voces αὖ τοῖς perperam in unam conflarentur αὐτοῖς. De formula πάλιν αὖ diximus ad L. II, 40.

2. Ἡ ταυτί γε κἀκείνοι λ. ἀποκν.] Plut. καὶ

ταυτί γε. sed ibi aliqui codd. καίτοιγε. & sic restituit Reiskius Animadv. p. 548. Est autem ἀποκναίειν *molesta garrulitate aliquem obtundere*, quod etiam ἀποκναίειν τὰ ὦτα, vel τὴν ἀκοὴν Graeci dicunt. Vocis usum dexterime exposuit Cel. Rubnken: ad Tim. Lex: p. 30, Nostri, seu Plutarchi potius, haud oblitus.

3. Σημείωσιν ἐπιτελειώσεως.] Ἐπὶ τελειώσει scribit Reiskius Animadv: ad Plut. p. 548. praefero ἐπιτελειώσεως uno verbo. sic habebant vetustae Edit., & Cod. Meerm. folus Valentini discernerat.

4. Καὶ περὶ τὰς νοήσεις.] Plut. καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, quod sequebatur Valent. Reiskii-

σεις, hoc est cogitationes uocant. Vniuersos autem affectus cum communiter naturas prauas & opiniones esse fateantur mirabile est, quo pacto in bestiis multas operationes & motiones irarum, timorum, inuidiarum, & zelotypiarum non aduertant. Ipsi quidem canes peccantes & equos castigant, non frustra profecto, sed ut moderatiores efficiant, aegritudinem ex dolore ipsis inferentes, quam μετάνοιαν, hoc est poenitentiam nominamus. Cum item uoluptati quae auribus exhibetur, nomen sit delinitio, quae oculis praeſtigiae, utrisque uti ad bestias consueuerunt. Cerui enim & equi fistulis & tibiis deliniuntur. Paguros item ex latibulis euocant fistulis modulantes. Thrissam etiam piscem cantu e cauis prodire afferunt. Atqui de bestiis stulte admodum affirmant, neque laetari, neque

νοίας καλοῦσιν, κινουμένας δὲ, διανοήσεις· τὰ δὲ πάθη σύμπαντα 5 κοινῶς φύσεις φαύλας καὶ δόξας δολογοῦντες εἶναι, θαυμάζον 6 οἶον δὴ παρορῶσι τοῖς θηρίοις ἔργα καὶ κινήματα, πολλὰ μὲν θυμῶν, πολλὰ δὲ φόβων καὶ νῆ δία φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν. αὐτοὶ δὲ κύνας ἀμαρτόντας καὶ ἵππους κολάζουσιν, οὐ διακενῆς, ἀλλ' ἐπὶ σωφρονισμῶ, λύπην δι' ἀλγηδόνος ἐμποιοῦντες αὐτοῖς, ἣν μετάνοιαν ὀνομάζομεν. ἡδονῆς δὲ 7 τῆς μὲν δι' ὧτων ὀνομα, κήλησός ἐστιν· τῆς δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία. χρώνται δὲ ἑκατέραις ἐπὶ τὰ θηρία· κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγγιν καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς 8 παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν ἀνακαλοῦνται, 9 μελιζόμενοι ταῖς σύριγγι καὶ τὴν θρίσσαν ἄδοντες ἀναδύεσθαι καὶ προΐεναι λέγουσιν. οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, μήτε ἥδεσθαι, μήτε θυμοῦ-

L 13:

σθαι,

hinc malebat ὥσπερ ἀμέλει συμβαίνει καὶ περὶ τὰς νοήσεις.

5. Κοινῶς φύσεις φ. —] Corrigendus hinc *Plutarch.* qui pro φύσεις habet κρίσεις. "Α κοινῶς malebat *Reiskius* Animadv. p. 548. Pro δολογοῦντες antea legebatur δολογούντας, sed quod *Fogoroll:* iam correxerat. Ita tamen quoque in *Cod. Lips.* Recte *Meerm.*

6. Οἶον δὴ παρορῶσι τ. θ.] Plenius *Plut.* ὅτι δὴ παρ. ἐν τοῖς θηρ. *Reiskius* malebat οἶα δὴ παρορῶσι. Mox *Plut.* καὶ μὴ δία φθόνου καὶ ζηλοτυπίαν.

7. Τῆς μὲν δι' —] Auctor facpius lauda-

tus, τὸ μὲν δι' ὠ. — τὸ δὲ δι' ὀμ. sed ibi e Nostro τῆς μὲν — τῆς δὲ refingendum. Deinde *Idem* ἑκατέραις ἐπὶ τὰ θηρία, sed ἐπὶ θηρίων vel περὶ τὰ θηρία emendat *Reisk.* Anim. p. 548.

8. Παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν —] *Lips.* & *Meerm.* ridiculo errore κακούργους ἢ τ. χημῶν. de piscibus, qui cantu illiciuntur, insignis locus est *Herodoti:* I, 141. ubi *Wesseling.*

9. Μελιζόμενοι ταῖς σύρ. —] *Plutarch:* βιαζόμενοι ταῖς φώτιγγι. *Idem* θρίσσαν ἄδοντων καὶ κροταύνων. *Nosstrum* reliquisse reor. ἄδοντες nem-

σθαι, μήτε φοβεῖσθαι, μήτε πα-  
ρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν,  
ἀλλ' ὥσανε μνημονεύειν τὴν μέ-  
λιτταν, καὶ ὥσανε παρασκευάζε-  
σθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὥσανε θυ-  
μοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ ὥσανε  
φοβεῖσθαι τὸν ἔλαφον, <sup>10</sup> οὐκ οἶ-  
δα τί χρήσασθαι τοῖς λέγουσιν μη-  
δὲ βλέπειν, μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ'  
ὥσανε βλέπειν αὐτὰ, καὶ ὥσανε  
ἀκούειν· μηδὲ φωνεῖν, ἀλλ' ὥσανε  
φωνεῖν· μὴ δ' ὅλως ζῆν, ἀλλ' ὥ-  
σανε ζῆν. ταῦτα γὰρ ἐκείνων οὐ  
μᾶλλον ἐστὶ λεγόμενα, καὶ παρὰ  
τὴν ἐνἀργειαν ὁμοίως, ὥς ὁ εὐ-  
γνώμων ἂν πεισθῇ· ὅταν δὲ τοῖς  
ἀνθρωπίνοις ἦθεσι καὶ βίοις καὶ πρά-  
ξεσι καὶ διαίταις τὰ τῶν ζώων πα-  
ρατιθεῖς, <sup>11</sup> πολλὴν ἐνορῶ φαυλό-  
τητα, καὶ τῆς ἀρετῆς, <sup>12</sup> πρὸς  
ἣν ὁ λόγος γέγονε, <sup>13</sup> μηδὲν τῶν  
ζώ-

neque timere, neque praeparare, ne-  
que meminisse, sed quasi meminisse  
apem, hirundinem quasi praeparare,  
leonem quasi irasci, quasi timere cer-  
uum inquiunt: nescio quid respon-  
suri illis sint, qui neque uidere,  
neque audire, sed quasi uidere, &  
quasi audire, neque uocem emitte-  
re, sed quasi uocem emitte-  
re, neque omnino uiuere, sed quasi  
uiuere animalia dixerit. quippe cum  
haec non magis quam illa prae-  
ter omnem euentiam dici, ae-  
quus auditor facile aduertat. At e-  
nim si humanis moribus, uitae  
actionibus, uictui, caeterorum  
animalium uitam comparans: mul-  
tam in ipsis prauitatem conspice-  
rem, nullamque ad uirtutem ad-  
quam ratio praecipue spectat, ma-  
nifestam propensionem, nullum pro-  
fe-

nempe τινος, quod *Reiskio* etiam placebat,  
qui pro προίεναι mallet προσίεναι. Vel si com-  
ma ponas post σὺν. nihil mutandum. Sequentia  
quo modo seriant Stoicos, pulcre docebit  
*Gatak*: ad *Anton*: IX, 9.

10. Οὐκ οἶδα τί χρήσασθαι.] *Cbaeronensis* τὶ  
χρήσονται. quod unice verum. Paulo ante  
pro χελιδόνα ille ἀηδόνα.

11. Πολλὴν ἐνορῶ φαυλότητα.] Scilicet τοῖς  
τῶν ζώων βίοις. *REISK*. Dubito, an haec iu-  
uare possint Auctorem, unde sumsit *Porph*.  
Editur apud illum παρατιθέναι ἄλλην τε πολ-  
λὴν ἐν ὅλῳ φλαυρότητα καὶ τῆς ἀρ. — ubi  
φαυλότητα *codd*. aliqui, quam facile autem  
ἐνορῶ migrare potuerit in ἐν ὅλῳ, nemo non  
videt. Sed neque vel sic ibi omnia expedita,  
quae huius loci non sunt. paullo ante *Meerm*.  
ἐν omittit post εἰγνώμων.

12. Πρὸς ἣν ὁ λόγος γέγονε.] Γέγονεν dat *Co-*  
*dex* *Lips*. quod in se nihil, neque annotassem,  
nisi ad rem praesentem faceret, legendum  
enim γέγονεν ἐν μηδενὶ τῶν ζώων. *REISK*. *Beno*  
*Felic*: λόγον de ratione accipit, secus quam  
alii *Plutarchi* & *Porphyrri* interpretes, qui  
de sermone: de qua sermo vel disputatio  
fuit. Immo est qui hoc ipso *Plutarchi* loco  
utitur, ut πρὸς per de vertendum esse evin-  
cat in *Epist.* ad *Hebr.* IV, 11. sed quam fir-  
mum sit hoc argumentum nunc intelligis.  
Tetigi locum illum supra § 20. necdum mi-  
hi persuasum est, praepositionem πρὸς in hoc  
loquendi genere per de esse vertendum, uti  
multis visum fuit, qua de re disputavi in  
*Fer*: *Dav*: II, 27.

13. Μηδὲν τῶν ζώων.] Pro μηδὲν reposui μη-  
δέ

fectum, nullam appetitionem: dubitarem ſane, cur natura principium iis dediffet, quae peruenire ad finem ul- lum non poſſent. Sed iſtis iſtis tamen abſurdum eſſe id minime uidetur quippe qui cum amorem erga ſobolem principium eſſe in nobis ſocie- tatis, & iuſtitiae ſtatuunt, eumque in caeteris animantibus uehementem eſſe uideant, iuſtitiam tamen & ſocietatem cum illis eſſe nullam cen- ſent. Multi praeterea licet ex mem- bris genitalibus nullum iſtis deſit, pe- nem enim, & uterum habent, hiſque cum uoluptate utuntur, finem tamen generationis non aſſequuntur. Ad haec nonne deridendum uidetur, ſi cum Socrates, Platones, Zenones nihilo melius quam quodlibet man- cipium ſe gerere, ſed ſimili modo imprudentes, intemperantes, & in- iuſtos dicant: deinde in beſtiis quia non exacte & exquisitae ad uirtutem feſe habent, priuationi, non prauit- ati & imbecillitati rationis id adſcri- bant?

ζῶων ἐμφανῇ σοχασμὸν, μὴδὲ προ- κοπὴν, μὴδὲ ὄρεξιν, ἀποροίην ἂν πῶς ἢ φύσις δέδωκεν τὴν ἀρχὴν, τοῖς ἐπὶ τὸ τέλος ἐξικέσθαι μὴ δυ- ναμένοις· ἢ τοῦτο μὲν οὐδ' ἐκείνοις ἄτοπον εἶναι δοκεῖ. τὴν γοῦν πρὸς τὰ ἔγγονα φιλοσοργίαν, <sup>14</sup> ἀρχὴν ἐν ἡμῖν κοινωνίας καὶ δικαιοσύνης τιθέ- μενοι, πολλὴν τε τοῖς ζώοις καὶ ἰσχυρὰν ὁρῶντες παροῦσαν, οὐ φασὶν αὐτοῖς οὐδ' ἀξιοῦσι μετεῖναι δικαιο- σύνης. ἡμιόνοις δὲ τῶν γεννητικῶν μο- ρίων οὐδὲν ἐνδεῖ· καὶ γὰρ αἰδοῖα καὶ μήτρας καὶ τὸ χρῆσθαι μεθ' ἡδονῆς τοῦτοις ἔχουσαι, πρὸς τὸ τέλος οὐκ ἐξικνοῦνται τῆς γενέσεως. σκόπει δὲ ἄλλως, μὴ καὶ καταγέλασόν ἐστι, καὶ τοὺς Σωκράτους, καὶ τοὺς Πλάτω- νας, καὶ τοὺς Ζήνωνας <sup>15</sup> οὐδὲν ἐλα- φροτέρᾳ τοῦ τυγχόντος ἀνδραπύδου συν- εῖναι φάσκουσιν, ἀλλ' ὁμοίως ἄφρονες εἶναι, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀδίκους, εἴτα τῶν θηρίων αἰτιαῖσθαι τὸ μὴ κα- θαρὸν, μὴ δ' ἀπηκριβωμένον πρὸς ἀ- ρετήν· ὥς ἐρήσιν, οὐχὶ φαυλότητα.

λέ-

δένα. & quoniam non uisus est Xylandi men- tem Plut. attigisse, versionem mutavi. VA- LENT. Porrb. dedisse puto μὴδὲ. aliqui codd. Plut. etiam μὴδὲν. ut optio tibi esset libe- ra, id quod inueniebam retinui.

14. Ἀρχὴν ἐν ἡμῖν — πολλὴν τε.] Forte ἀρχὴν μὲν ἡμῖν — πολλὴν δὲ. REISK. Nec fe- cus est apud Chaeronensem, qui paullo ante ἔγγονα, non ἔγγονα. Vide ad L. II. § 9.

15. Οὐδὲν ἐλαφρότερον —] Sic Edm. anti-

quissimae. Plut. alio modo καὶ τοὺς Πλάτωνας οὐδὲν ἐλαφρότερον κακίᾳ τοῦ τυγχόντος ἂ. σ. φάσ- κοντας. uidetur κακίᾳ Nostro excidisse. Idem paullo post ὥσπερ οὐχὶ φαυλότητα λόγου κ. ἂ. καὶ ταύτην κακίαν — & dein. καὶ γὰρ δειλίαν — καὶ κακοθύειαν ὁρῶμεν ὅπ. Felician: κακόννοιαν bene dedit malevolentiam. quo modo κακοθύειαν recte etiam ueritas. notat quippe malum quod ipsi indoli inest, eoque sensu accipio apud S. Paull. ad Rom. I, 29. ubi de malis

μο-

λόγου καὶ ἀσθένειαν προσεῖναι, καὶ ταῦτα τὴν κακίαν ὁμολογοῦντας εἶναι λογικὴν, ἥς πᾶν θηρίον ἀναπέπλησαι. καὶ δειλίαν πολλοῖς καὶ ἀκολασίαν, ἀδικίαν τε καὶ κακόννοιαν ὁρῶμεν ὑπάρχουσιν.

§ 23. <sup>1</sup> Τὸ δ' ἀξιοῦν τὸ μὴ πεφυ-  
κὸς ὀρθότητα λόγου δέχεσθαι, μὴ  
δὲ λόγον δέχεσθαι, πρῶτον μὲν οὐ-  
δὲν διαφέρει τοῦ μήτε πίθηκον αἰ-  
σχους φύσει μετέχειν, μήτε χε-  
λῶνην βραδυτῆτος ἀξιοῦντος, ὅτι  
μηδὲ κάλλους ἐπιδεκτικὰ, μηδὲ  
τάχους ἐσίν. ἔπειτα τὴν διαφορὰν  
ἐμποδῶν οὕσαν οὐ <sup>2</sup> συνορῶσιν. λό-  
γος μὲν γὰρ ἐγγίνεται φύσει, <sup>3</sup>  
σπουδαῖος δὲ ὁ λόγος καὶ τέλειος  
ἐξ ἐπιμελείας καὶ διδασκαλίας. διὰ  
τοῦ λογικοῦ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις μέ-  
τεσι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ σοφίαν  
οὐδὲ ἄνθρωπον εἰπεῖν κεκτημένον ἔ-  
χουσιν, <sup>4</sup> καὶ μύριοι δὲ ὥσιν. ὥσ-  
περ ὅψεως ἐστὶ πρὸς ὅψιν διαφορὰ,  
καὶ πτήσεως πρὸς πτήσιν (οὐ γὰρ  
δ-

bant? praesertim cum uitia rationalia  
esse fateantur: quibus plena animalia  
caetera esse perspicuum est. nam &  
ignauiam, & intemperantiam, & in-  
iustitiam, & malevolentiam atque alia  
huiusmodi in multis eorum uidemus.

§ 23. Censere autem quod natura  
idoneum ad rectitudinem rationis susci-  
piendam non est, neque ad rationem  
suscipiendam esse, primum nihil aliud  
est, quam existimare neque simiam tur-  
pitudinis, neque testudinem tardi-  
tatis capacem natura esse, quia neque  
pulchritudinem, neque celeritatem  
possunt admittere: deinde hominum  
est rei differentiam non aduertentium.  
Ratio enim innascitur: recta ratio &  
perfecta studio & disciplina compara-  
tur. Iccirco rationis animata omnia  
participia sunt: rectitudinis uero eius,  
& sapientiae ne hominem quidem prae-  
ditum esse, etiam si innumerabiles sint,  
possunt asserere. Quemadmodum enim  
uisus ad uisum, & uolatus ad uolatum  
dif-

moribus explicare solent. vocis vim & usum  
egregie adferuisse video *Kyrkiunt*.

1. Τὸ δ' ἀξιοῦν.] Aut hic loci legendum  
est ὁ δ' ἀξιῶν, aut versu, 2. ἀξιοῦν. REISK.  
Recte. & sic *Αὐτοῖς* ὁ δὲ ἀξιῶν --- λόγον  
δέχεσθαι φύσει, πρῶτον --- paulo post *Μεετ*.  
ἐπιδεκτικὰ pro ἐπιδεκτικὰ. male.

2. Συνορῶσιν.] Deberet *συνορᾷ* dixisse, si prius  
ὁ ἀξιῶν dixit. sed saepe transiunt ab uno nu-  
mero ad alterum. subauditur *οἱ ἀντιλέγοντες*.  
REISK. Ille, cui haec debet Porph. *συνορᾷ*.

3. Σπουδαῖος δὲ ὁ λόγος ---] Aut ὁ delen-

dum est, aut legendum ὁ δὲ σπουδαῖος λόγος.  
REISK. Ibi ergo melius *σπουδαῖος* δὲ λόγος.  
sed & nostrum probum. mox *ibid.* διδασκαλίας  
pro quo *Porphyriani codice* διδασκαλείας, de  
qua confusione alibi. hoc quidem perinde, id  
peius, quod miscuerint saepe διδασκάλιον &  
διδασκαλείον. sed id nunc non agimus. Sc-  
quitur *ibidem* διὰ τοῦ --- corrige διὰ.

4. Καὶ μύριοι δὲ ὥσιν. ---] Forte καὶ μύρια  
δὲ ὥσιν αἱ διαφοραὶ λόγου πρὸς λόγον ὥσπερ. ---  
REISK. Abit hic paululum a duce suo *Por-  
phyrus*, is enim haec non habet. sequitur  
ta.

differentia eſt: non enim ſimili modo accipitres uident, & cicadae: neque eodem modo aquilae, & perdices uolant: ſic neque omnis rationalis eſt habitas, ac promptitudo ad ſuſcipiendum extremum. Indicia ſane ſocietatis, fortitudinis, & calliditatis quoque in comparandis, & diſpenſandis rebus, non ſecus ac contrariorum iniuſtitiae, ignauiae, ac ſtoliditatis adeo multa in iſtis ſpectantur: ut exortae quaefſiones inter nonnullos fuerint, terreſtriane an marina animalia ad uirtutem praefarent. Id quod eſſe perſpicuum poteſt, ſi inter ſe equi terreſtres fluuiatilibus comparentur. hi enim alunt patres, illi necant, ut cum matre poſſint concumbere. Perdices quoque con-

ομοίως ιέρακες βλέπουσι καὶ τέττιγες, οὐδὲ ἀετοὶ πέτονται καὶ πέρδικες) 5 οὕτως οὐδὲ παντὶ λογικῷ μέτεσιν ὡσαύτως τῆς δεχομένης τὸ ἄκρον εὐστροφίας καὶ ὀξύτητος. ἐπιδείγματα γὰρ πολλὰ κοινωνίας, καὶ ἀνδρείας, καὶ τοῦ πανούργου περὶ τοὺς ποριſμοὺς καὶ τὰς οἰκονομίας, ὥςπερ αὐτὸ καὶ τῶν ἐναντίων, ἀδικίας, δειλίας, ἀβελτηρίας 6 ἐς τὴν αὐτοῖς. ὅθεν καὶ ζητήσεις τινὲς ſυνίζανται, τῶν μὲν τὰ χερσαία προῆχθαι λεγόντων, τῶν δὲ τὰ θαλάττια καὶ δῆλόν ἐς παραβαλλομένων, 7 ἵππων μὲν χερσαίων τοῖς ποταμίοις, οἱ μὲν γὰρ τρέφουσιν τοὺς πατέρας, οἱ δὲ κτείνουσιν, ἵνα τὰς μητέρας ὀχεύουσιν. καὶ πε-

M m

ri-

tamen ὥςπερ ἔφεικας. — Alias hic malleſem ὡς γὰρ ἔφ.

5. Οὕτως οὐδὲ παντὶ.] Ita ſidenter repoſui. antea edebatur οὕτως δὲ π. quod tamen *editores Lugd. & Cant.* iam corrigendum viderant. *Plut. & Lipſ. Cod.* ut & *Meerm.* (qui tamen οὕτως) prorsus iubent. Ille ſtatim pro *δεχομένης* habet *εὐρομένης*. quod e Noſtro corrigendum puto. *Reiskius* Animadv. p. 548. coniiciebat *τῆς ἐβρωμένης* εἰς τὸ ἄκρον εὐς. dein ibidem ἐπὶ δείγματά γε πολλὰ, ſed noſtrum praefero.

6. Ἐς τὴν αὐτοῖς.] *Plutarch:* ἔνεσιν αὐτοῖς. quod efficacius. Abit is in ſequentibus paululum a Noſtro.

7. Ἴππων μὲν &c.] Diſcrepat hic immane quantum Porphyrii codex a Plutarcho. Plut. enim legit *παραβαλλομένων πελαγίοις ἵππων ποταμίων*. Sequor in interpretatione Plutarchum. de equis enim parentes alentibus nulla apud ſcriptores eſt mentio, quod ſciam, de ciconiis autem crebra. Vide *Suid:* in ἀντιπαρα-

γείν. VALENT. Πελαγίων heic loci meminiffe *Porphyrium*, inde veriſimile fieri poteſt, tum quod *Plutarchi codd.* id praeferrant, tum quia ſolent animantia illa hoc reſpectu ſibi opponi, uti in ſceptri ſuperiori parte ciconiae, in inferiori hippopotami imaginem olim expreſſam dicit *Schol. Ariſtoph:* ad *Aves* 1357. Hinc itaque Malcho noſtro ciconias reddendas putes. Si tamen verborum ſtructuram conſideres, eas vix apte ei reſtitues, ſed utriusque generis equos ſub calammum veniſſe exiſtimes. Tum autem verum non dixit, de hippopotamo quidem id quod h. l. Noſter, teſtatur etiam *Plut.* T. II. p. 364. A. teſtiantur & alii: de quibus *Voſſ:* *Idolol:* III, 62. equorum autem licet in *εὐεργέτην εὐνοία καὶ Φιλία Aelian:* H. A. VI, 44. praedicetur, id tamen quod hic dicitur, de illis legere non memini. Niſi ergo ciconiarum mentionem factam fuiſſe putemus, quod e *Plut.* probabile fieri poſſet, pro *τρέφουσιν* legendum ſuſpicabar ἀποτρέφουσιν vel ἀποτρέ-  
πουν

ρισεραῖς πάλιν περδίκων. οἱ μὲν γὰρ ἀφανίζουσι τὰ ὠὰ καὶ διαφθεύρουσι, <sup>8</sup> τῆς θηλείας, ὅταν ἐπωάξῃ, μὴ προσδεχομένης τὴν ὀχείαν· οἱ δὲ καὶ δι-  
αδέχονται τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν μέρει θάλλοντες, καὶ ψωμίζουσι πρότεροι τὰ νεόττια, καὶ τὴν θήλειαν, ἢν πλείονα χρόνον ἀποπλανηθῇ, κόπτων ὁ ἄρ-  
ρὴν εἰσελαύνει πρὸς τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττοὺς. ὄνοις δὲ καὶ προβάτοις <sup>9</sup> Ἀντίπατρος ἐγκαλῶν ὀλι-  
γωρίαν καθαριότητος, οὐκ οἶδεν ὅ-  
πως παρῆδεν τὰς λύγγας καὶ τὰς χελιδόνας· ὧν αἱ μὲν ἐκτοπίζουσι, παντάπασι κρύπτουσαι καὶ <sup>10</sup> ἀφα-  
νίζουσαι. αἱ δὲ χελιδόνες, ἔξω σρε-  
φομένους διδάσκουσai τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. <sup>11</sup> καὶ μὴν δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμαθέ-  
σερον, ὡς κυνὸς πρόβατον, οὐδὲ λαχάνου λάχανον ἀνανδρότερον, ὡς  
ἔλα-

contra quam columbae, faciunt. oua enim occultant, ac conterunt mares, propterea quod foemina dum incubat, maris congressum non admittit. Columbi uero in incubandi cura per uices succedere consueuerunt & priores pullis cibum inferunt. quin etiam si foemina diutius aberarit, rostro ferientes eam ad oua & pullos curandos intrudunt. Antipater uero cum in afinis & ouibus munditiae negligentiam damnarit, non aduertit, se idem in lyncibus & hirundinibus non attendisse. quarum illae fordes a sese procul eiiciunt occultantes prorsus atque obruentes: hirundines autem foras conuersos excrementa emittere pullos suos docent. Arborem sane arbore stolidiorem atque indoci-liorem, sicut cane ouem, aut olus o-  
lere ignauius, quemadmodum ceruum le-

πουσι, & verba hoc modo digerenda, οἱ μὲν γὰρ ἀποστρ. vel ἀποτρ. nempe τὰς μητέρας, quod sequitur, τοὺς πάτεραις οἱ δὲ κτ. &c. Nihil hoc recedere a stylo Porpb. iam satis nosti. Equorum castitatem, utque matres auerfentur multi docent, licet omnes ea in re sibi haud consent. Vide *Aelian*: H. A. IV, 7. *Aristot*: H. A. IX, 47. & *Rittersb*: ad *Oppian*: Cyn. I, 239. mox pro περισεραῖς *Meerm*. περισεράς.

8. Τῆς θηλείας ὅταν ἐπωάξῃ.] *Plut*. τὰς θηλείας. Nostrium acque bonum. τὰ ὠὰ συντρίβουσι dicit *Aristot*: H. A. IX, 8. Ex avium enim hoc genere mares intemperantia libidinis ova nonnunquam frangere, ne feminae diutius incubando detineantur, multi docent. vide *Bochart*: Hieroz: II, 1, 12. Mox καὶ

ante διαδέχονται non habet *Lips*. dein *Plut*. δ. τὰ ὠὰ καὶ ψ. quo loco utitur *Westen*: ad illustrandum *Paull*. I. ad Cor. XIII, 3.

9. Ἀντίπατρος.] Antipater Stoicus Tarsensis. REISK. De quo *Fabric*: Bibl: Graec: L. III, 15. Mox *Plut*. οὐκ οἶδα πῶς παρήλθε.

10. Ἀφανίζουσαι τὸ λυγγοῦριον.] Τὸ λυγγοῦριον supplevi ex Plutarcho. De Lycur. Vid. Bisciolae Hor. subsec. T. II. L. 2. c. 4. VALENT. Possit videri nil deesse, sed mente suppleri & huc referrī debere τὸ περίττωμα e verf. 33. REISK.

11. Καὶ μὴν δένδρον δ.] Malim καὶ μὴν δένδρου δένδρον οὐ. λ. REISK. *Plutarch*: καὶ διὰ τί δένδρον δ. Et paullo ante διδάσκουσι --- τὸ περίττωμα. sed ibi etiam *codd*. aliqui περίττωμα.

leone, nequaquam dicimus. nempe quia sicut neque in iis quae motu omni carent, alterum altero tardius, neque in iis quae uocem non habent, alterum altero exiliori uoce esse praeditum potest: ita neque ignauius, neque segnius, neque incontinentius quicquam appellatur, ubi non omnibus facultas quoque inest intelligendi: quae cum aliis aliter, uel magis uel minus addit, huiuscemodi differentias quae in animalibus conspiciuntur, efficit. Qua in re afferre nobis admirationem nullam illud debet, quod homo tanto interuallo, & docilitate, & solertia, & caeteris, quae ad iustitiam & communem societatem spectant, caeteris animalibus antecellat. Nam ex illis quoque multa tum magnitudine corporis, & pernecitate, tum uisus perspicacia, & auditus acumine longe omnes homines superant. nec propterea tamen homo surdus, aut caecus, aut inualidus censetur. sed & nos quoque currimus, licet tardius quam cerui: nec non uidemus, quamuis non ita

ἔλαφον λέοντος. <sup>12</sup> ἢ καθάπερ ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἕτερον ἑτέρου βραδύτερον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μικροφωνότερον ἐν τοῖς ἀναύδοις, οὕτως οὐδὲ δειλότερον, οὐδὲ νωθρότερον· οὐδὲ ἀκρατέστερον, ὅπου <sup>13</sup> μὴ φύσει πᾶσιν ἢ τοῦ φρονεῖν δύνάμεις· ἄλλοις δὲ ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον παρούσα τὰς ὀρωμένας διαφορὰς πεποίηκεν. ἀλλ' οὐ θαυμαστὸν ὅσον ἄνθρωπος εὐμαθεία καὶ ἀγχινοία, καὶ τοῖς περὶ δικαιοσύνην, καὶ κοινωνίαν, διαφέρει τῶν ζώων. καὶ γὰρ ἐκείνων πολλὰ, τοῦτο μὲν μέγεθαι καὶ ποδωκεία, τοῦτο δὲ <sup>14</sup> ὄψεως ῥώμη καὶ ἀκοῆς ἀκριβεῖα πάντας ἀνθρώπους ἀπολέλοιπεν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο κωφός, οὐδὲ τυφλός, οὐδὲ ἀδύνατος ὁ ἄνθρωπος ἔστιν. ἀλλὰ καὶ θέομεν, εἰ καὶ βραδύτερον ἐλάφων, καὶ βλέπομεν, εἰ καὶ

a-

M m 2

χεῖ-

12. "Ἡ καθάπερ.] Forte ἢ οὐ καθάπερ — an tu negabis veram hanc esse sententiam, cum aio, quemadmodum in rebus inanimis nulla res sit altera tardior, & in multis nulla sit altera minus vocalis, pari modo etiam eorum animi & ingenii inperitus, celeritatesque pares esse, quibus nulla sit sentiendi & cogitandi facultas a natura indita. REISK. Lego apud *Plutarchum* ὡς ἔλαφον λέοντος, non, ut editur, λέοντες.

13. Μὴ φύσει πᾶσιν.] *Reisk.* legebat πάρεσι

*Animadv.* p. 548. ad *Plut.* ibi est οἷς μ. φ. π. & paullo ante δεινότερον, sed praestat Porphyrii δειλότερον. deinde *idem* delet οὐ ante θαυμαστὸν.

14. "Ὀψεως ῥώμη.] *Fogedoll:* incepte correxerat σώματος ῥώμη. Mox *Plut.* διὰ τοῦτο τυφλοί, οὐδὲ ἀδύνατος, οὐδὲ ἄωτος δ: κ. ε. Postremum illud merito insolens accidebat *Reiskio* *Animadv.* l. laud. Mox perperam *Meerm.* ἀπέλοιπεν.

χειρόν ἱεράκων· ἰσχύος τε καὶ μεγέθους ἢ φύσις ἡμᾶς οὐκ ἀπεξέρησεν, καίται τὸ μηδὲν ἐν τούτοις πρὸς ἐλέφαντα καὶ κάμηλον ὄντας. οὐκοῦν ὁμοίως μὴ δὲ τὰ θηρία λέγωμεν, εἰ νωθρότερον φρονεῖ καὶ κάκιον διανοεῖται, μὴ διανοεῖσθαι, μὴδὲ φρονεῖν ὕλως, μὴ δὲ κεκτῆσθαι λόγον· ἀσθενῇ δὲ κεκτῆσθαι καὶ θολερὸν, ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἀμβλυώττοντα καὶ τεταραγμένον.

§ 24. Εἰ δὲ μὴ πολλὰ ἦν πολλοῖς συνηγμένα καὶ εἰρημένα, μύρια ἂν παρηγάγομεν εἰς ἐπίδειξιν ἢ τῆς τῶν ζώων εὐφυΐας. ἐκεῖνο δ' ἔτι σκεπτέον· ἔοικε γὰρ τοῦ πεφυκός ἢ μέρους ἢ δυνάμεως κατὰ φύσιν ἢ τι δέχεσθαι, τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐμπίπτειν, πηρωθὲν ἢ νοσήσαν, ὥσπερ ὀφθαλμοῦ μὲν, εἰς τυφλότητα ἐμπίπτειν, σκέλους δὲ, εἰς χωλότητα, καὶ γλώττης, εἰς ψελλότητα, ἄλλου δὲ μηδένο. οὐ γάρ ἐσι τυφλότης, μὴ πεφυκός ὁρᾶν, οὐδὲ χωλότης, μὴ πεφυκός βαδίζειν, ἢ ψελλόν

acute ut accipitres: robore etiam & magnitudine non prorsus priuati a natura sumus: quamuis si ad elephantem & camelum comparemur, nihil in his esse uideamur. Simili modo igitur neque bestias quia hebetius intelligunt, peiusque cogitant quam nos, nihil omnino cogitare, & intelligere dicendum est, rationeque nulla esse praeditas: sed eam quidem etiam ipsas, imbecillam tamen & turbidam, perinde atque oculum hebetem ac conturbatum habere.

§ 24. Innumerabilia sunt, quae producere in conprobationem ingenii animalium possem, nisi multa a multis antea & collecta & memoriae tradita in hanc sententiam fuissent. Illud praeterea dignum consideratione est. Eiusdem esse uel partis uel facultatis uidetur, quae aliquid secundum naturam suscipit, ut in id quod praeter naturam est, uel uitiata uel aegrotans incidere etiam possit. Sicut oculi ut in caecitatem, cruris, ut in claudicationem, linguae, ut in balbutiem incurrat, nihil quippe aliud id potest. non enim caecitas est eius quod uidere etiam non possit: neque claudicatio eius quod non ad ingrediendum aptum etiam sit: ne-

1. Τῆς τῶν ζώων εὐφυΐας.] *Plutarch*: a quo desecit hic Noster, haec non habet. εὐφυΐα quid proprie sit, alio in loco diximus. Recte ζώων εὐφυΐαν memorat, uti homo ipse ζῶν εὐφυΐς *Diod.* Sic: L. I. c. 8.

2. Τι δέχεσθαι.] Ita reposui, quia iubent omnes Msscripti & inpressi. *Valent.* dederat τὸ δέχεσθαι. Mox πηρωθὲν — ἐμπίπτειν desunt *Cod. Meerm.*

3. Ψελλόν τε —] Οὐδὲ τὸ ψελλόν τε. REISK. A.

neque balbum, aut blefum, aut mutum est quicquam, quod linguam etiam non habeat. Simili modo igitur neque delirantem, neque amentem, neque infanientem dixeris quenquam, cui non etiam intelligere, & cogitare, & ratiocinari secundum naturam sit. Non enim fieri potest, ut in affectione aliqua constitutur quispiam, nisi facultate praeditus sit, cuius affectio illa uel priuatio, uel deprauatio, uel aliquod aliud uitium sit. Sed nunquid in rabientes canes unquam incidisti? quin etiam in equos? nonnulli uero etiam boues & uulpes furere aiunt. Sed satis est, quod de canibus constat, nullam enim controuersiam habet: rationemque & mentem habere non ignobilem animal testatur: cuius sane turbatae ea quae dicitur rabies & infania affectio est: quippe cum neque uisum ipsis, neque auditum immutari uideamus. Quemadmodum igitur qui homini furenti, & deliranti, non exturbatam, corruptamque esse intelligendi, & ratiocinandi, & recordandi

fa-

λόν τε καὶ ἀναυδὸν καὶ τραυλὸν μὴ γλῶσσαν ἔχόντων. οὐδ' ἂν 4 παραπαίοντα ἢ παράφρονα εἴποις, οὐδὲ μαινόμενον, ὃ μὴ τὸ φρονεῖν καὶ διανοεῖσθαι καὶ λογίζεσθαι κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν πάθει γενέσθαι, μὴ κεκτημένον δύναμιν, ἧς τὸ πάθος ἢ ἐρήσις 5 ἢ πῆρωσις ἢ τις ἄλλη κάκωσις ἐστίν. ἀλλὰ μὴν ἐντέτυχά γε λυττώσας κυσὶν, ἔτι δὲ καὶ ἵπποις, ἔνιοι δὲ καὶ βοῦς φασὶ μαίνεσθαι καὶ ἀλώπεκας. ἀρκεῖ δὲ τὰ τῶν κυνῶν ἀναμφισβήτητον γάρ ἐστι, καὶ μαρτυρεῖ λόγον καὶ διάνοιαν ἔχειν οὐ φαύλην τὸ ζῶον, ἧς ταραττομένης καὶ συγχεομένης ἢ λεγομένη λύσσα καὶ μανία πάθος ἐστίν. οὔτε γὰρ ὄψιν ἀλλοιουμένην αὐτοῖς οὔτε ἀκοὴν ὁρῶμεν. ἀλλ' ὥσπερ ἀνθρώπου μελαγχολῶντος ἢ παρακόπταντος, ὃ μὴ λέγων ἐξεστάναι καὶ διεφθορέναι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ λογίζεσθαι καὶ μνημονεῦον, ἄτοπος

M m 3

3-

Apud *Plutarch*: est ψελλὸν τε τῶν ἀγλῶσσαν, ἢ τῶν ἀναυδῶν φύσει, τραυλὸν οὐδένα ἂν προσείποις. Malim ψελλὸν δὲ.

4. Παραπαίοντα ἢ παράφρονα ----] *Idem* ille παραπαῖον ἢ παραφρονοῦν, unde suspiceris apud Nostrium quoque παραπαῖον fuisse: certe ἢ παράφρον subiungunt priores editiones, non, ut *Valent*. Παράφρονα. *Meerm.* dat παράφρον. Paullo post pro ἐν πάθει, *Plutarchi* ἐμπαθὲς, non aequè bonum.

5. Ἡ πῆρωσις.] *Lips. Cod.* πῶρωσις, quod an rectum dubitabat *Reiskius*, quia ἐρήσις: & πῆρωσις eadem videtur esse. πῆρωσις autem cum auditus a fremitus diuturnitate & magnitudine occalluit, sed paullo ante dixerat: πηρωθὲν ἢ νοσῆσαν. Accedit *Plut.* & *Meerm.* *Cod.* auctoritas. Pergit ille ἀλλὰ μὴ ἐντέτυχμάς γε λ. κ. ἐγὼ δὲ κ. ἵπ. ἔνιοι δὲ — ἔρεται δὲ τὸ τ. κ. ὃ ἀναμφισβήτητόν ἐστι. nec fecius. *Meerm.* nisi quod ibi μὴ pro μὴν & ἐτι pro

3a

ἔσιν· (καὶ γὰρ ἡ συνήθεια ταῦτά τε κατηγορεῖ τῶν παραφρονούντων, μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐκπεπτωκέναι τῶν λογισμῶν,) οὕτως ὁ τοὺς λυττῶντας κύνας ἄλλό τι πεπονθέναι νομίζων, ἀλλ' ὁ οὐχὶ τοῦ φρονεῖν πεφυκός, καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀναπεπλησμένου ταραχῆς καὶ 7 παραπεπτωκός, ἀγνοεῖν τὰ φίλτατα πρόσωπα, καὶ φεύγειν 8 τὰς διαίτας, ἢ παρορᾶν τὸ φαινόμενον ἔοικεν, ἢ συνορᾶν 9 τὸ γιγνόμενον, ἐξ αὐτοῦ φιλονεικεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. τὰ μὲν δὴ τοῦ Πλουτάρχου ἐν πολλοῖς βιβλίοις, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς σοφίας καὶ τοῦ περιπάτου εἰς ἀπάντησιν εἰρημένα, ἐς τοιαῦτα.

§ 25. Ἡ Θεόφραστος δὲ καὶ τοιούτῳ κέχρηται λόγῳ. τοὺς ἐκ τῶν αὐτῶν γεννηθέντας, λέγω δὲ πατρὸς

facultatem asserit, absurdus est: quippe cum in consuetudine sit, ut delirantes non esse apud se, sed exturbatos mente ac consilio esse dicamus: ita qui rabientes canes aliud quid passos existimat, & non ea parte quae ad intelligendum, & ratiocinandum, & recordandum idonea natura est, exturbatos ac dimotos carissimas personas ignorare, & solita diuersoria refugere: is uidetur uel quod euidenter apparet, non aduertere: uel si aduertit, contendere aduersus ueritatem uelle. Atque ea quidem quae diuersis in libris Plutarchus aduersus Stoicos & Peripateticos conscripsit, huiusmodi sunt.

§ 25. Theophrastus uero hac ratione etiam utitur. Eos, inquit, qui ex iisdem geniti sunt, patre uidelicet & matre,

ἐγὼ. prius itaque dā post ἐμοι Porphyrio reddidi, quod contra ceterorum *edition.* & *codd.* consensum *Valent.* eiecerat τὰ τῶν κυνῶν *Cod. Meerm. Lugd. Editor.*

6. Οὐχὶ τοῦ φρονεῖν πεφυκός.] In *Edit. Florent.* erat πεφυκός, sed typothetae errorem quasi de suo correxerat *Foggeroll.* Apud Chaeronensem est ἄλλ' οὐχὶ τῷ φρονεῖν πεφυκός, καὶ λ. Paullo ante *Meerm.* ἄτοπον pro ἄτοπος. male. sed dein melius ταῦτα γε κατηγ.

7. Καὶ παραπεπτωκός.] Possit quidem de παραπεπτωκός cogitari, quia παραπαίειν dicitur. ego tamen nil video cauillae sat gravis cur vulgata deferatur. REISK. Ea tamen voce utitur Auctor, cuius haec sunt, sed paulum

diverso modo, ἀναπεπλησμένους ταραχῆς καὶ παραπεπαικούς.

8. Τὰς διαίτας.] Solita diuersoria dedit *Felic:* διαίτα quippe Graecis & τρόπον τοῦ βίου & τόπον notat. Plenius hic *Plut.* τὰς συντρέφους διαίτας.

9. Τὸ γιγνόμενον.] Comma tollendum. τὸ γιγνόμενον ἐξ αὐτοῦ id est, quod e superiori sumto manat, atque inde consequitur. REISK. Firmat hanc opinionem interpunctio apud *Plut.* sed ibi editur μὴ συνορᾶν τὸ γιγνόμενον, ubi μὴ e Nostro in ἡ est convertendum.

1. Θεόφραστος.] Respici videntur Theophrasti libri περὶ ζώων, quos saepe veteres significant. de illis *Menag:* ad *Diog. Laërt. V.* 44. & *Fabric:* Biblioth. Graec. III, 9, 17.

2.

tre , cognatos natura inter ſefe eſſe dicimus. Igitur etiam eos dicemus , qui ex iisdem auis ſunt procreati : eiſdem quoque urbis ciues , eo quod & terrae eiſdem , & mutuae inter ſe ſocietatis participes ſunt non enim hos , quod ex iisdem nati ſint inter ſe habere cognitionem exiſtimamus : niſi ſcilicet aliqui ex primis progenitoribus iidem ipſis generis auctores , uel ab iisdem extiterint. Ita igitur profecto , & Graecum Graeco , & barbarum barbaro , & omnes item homines inter ſe eſſe cognatos aſſeueramus , ex duabus altera de cauſa : uel quia ex iisdem progenitoribus ſint , uel quia alimenti , morum , ac totius uitae institutionis ſocietatem habeant. Atque hoc modo omnes homines eſſe cognatos ſtatuimus. At omnibus animalibus corporum principia natura eadem ſunt. nec de elementis primis intelligendum hoc cenſeo : nam plantae etiam ex iisdem conſtant :

ſed

τὸς καὶ μητρὸς , οἰκείους εἶναι φύσει φαμὲν ἀλλήλων , καὶ τοίνυν , καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν αὐτῶν προπατόρων ſπαρέντας οἰκείους ἀλλήλων εἶναι νομίζομεν , καὶ μέντοι τοὺς ἑαυτῶν πολίτας , τῷ τῆς τε γῆς καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας κοινωνεῖν. <sup>2</sup> οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔτι τότε τοιοῦτους ἀλλήλοις φύντας οἰκείους αὐτοῖς εἶναι κρίνομεν , εἰ μὴ ἄρα τινὲς τῶν πρώτων αὐτοῖς προγόνων , <sup>3</sup> οἱ αὐτοὶ τοῦ γένους ἀρχηγοὶ πεφύκαſιν , ἢ ἀπὸ τῶν αὐτῶν. οὕτω δὲ καὶ οἶμαι καὶ τὸν Ἕλληνα μὲν τῷ Ἕλληνι , τὸν δὲ βάρβαρον τῷ βαρβάρῳ , πάντας δὲ τοὺς <sup>4</sup> ἀνθρώπους ἀλλήλοις φαμὲν οἰκείους τε καὶ ſυγγενεῖς εἶναι δυοῖν θάτερον , ἢ τῷ προγόνων εἶναι τῶν αὐτῶν , ἢ τῷ τροφῆς καὶ ἡθῶν καὶ ταυτοῦ γένους κοινωνεῖν. οὕτως δὲ καὶ τοὺς πάντας ἀνθρώπους ἀλλήλοις τίθεμεν καὶ ſυγγενεῖς. καὶ μὴν πᾶσι τοῖς ζώοις αἶτε τῶν ſωμάτων ἀρχαὶ πεφύκαſιν αἱ αὐταί. λέγω δὲ οὐκ ἐπὶ τὰ ζοιχεῖα ἀναφέρων τὰ πρῶτα. <sup>5</sup> ἐκ τούτου μὲν γὰρ καὶ τὰ φυτά. ἀλλ'

2. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν.] Forte οὐ γὰρ ἂν οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔτι. τότε τοὺς γε τοιοῦτους — primum οὐ pertinet ad ἐκρίνομεν verſ. 10. (ſic enim ibi legendum eſt) alterum οὐκ pertinet ad φύντας verſ. 9. non enim eſſemus arbitratuſi cognatos & neceſſarios eſſe eos quidem , qui tales ſint , non ex iisdem puta parentibus orti. REISK. Pro ἔτι τότε τοιοῦτους Clar: Abreſch: corrigebat ἔτι τότε τοιοῦτ.

& ſic paullo ante Meerm. τῷ τῆς γε γῆς.

3. Οἱ αὐτοί.] Forte ἢ αὐτὶ ---- αὐτ. nam ſequitur ſtatim alterum ἢ. REISK.

4. Ἀνθρώπους ἀλλήλοις τ.] Videbatur deeſſe οἰκείους quod ex coniectura legeram. Γένεſις pro natura non ſemel. VALENT. Eam vocem inferuerat Valent. cui iam praeſeuerat Feg-roll: uterque ſine neceſſitate.

5. Ἐκ τούτου μὲν γὰρ.] Ἐκ τούτων legebat V.

ἀλλ' οἶον σπέρμα, σάρκας, καὶ τὸ τῶν ὑγρῶν τοῖς ζώοις σύμ-  
φυτον γένος. πολὺ δὲ μᾶλλον  
τῷ τὰς ἐν αὐτοῖς ψυχὰς ἀδια-  
φόρους πεφυκέναι, λέγω δὲ ἐ-  
πιθυμίαις καὶ ταῖς ὀργαῖς, ἔτι  
δὲ τοῖς λογισμοῖς, καὶ μάλι-  
σα πάντων ταῖς αἰσθήσεσιν. ὁ  
ἀλλ' ὥσπερ τὰ σώματα, καὶ  
τὰς ψυχὰς οὕτω, τὰ μὲν ἀ-  
πηκριβωμένας ἔχει τῶν ζώων,  
τὰ δὲ ἦττον τοιαύτας, πᾶ-  
σί γε μὴν αὐτοῖς αἱ αὐταὶ  
πεφύκασιν ἀρχαί. δηλοῖ δὲ ἡ  
τῶν παθῶν οἰκειότης· εἰ δὲ ἀ-  
ληθές ἐστι τὸ λεγόμενον, ὥς ἡ  
τῶν ἡθῶν γένεσις ἐστι τοιαύ-  
τη, φρονοῦσι μὲν ἅπαντα φύ-  
λα, διαφέρουσι δὲ ταῖς ἀγωγαῖς  
τε καὶ ταῖς τῶν πρώτων κράσε-  
σι, παντάπασιν ἂν οἰκεῖον εἶη  
καὶ συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοι-  
πῶν

fed de femine, de carnibus, ac  
de eo humorum genere, quod infi-  
tum in animalibus est. multo etiam  
magis eo quod animae in ipsis sunt  
inter se non differentes, cupidi-  
tatibus uidelicet, & iris, nec  
non considerationibus, ac maxi-  
me omnium sensibus. Quemadmo-  
dum autem corpora, ita etiam ani-  
mas alia animalia magis, alia mi-  
nus exquisitas, atque absolutas ha-  
bent, omnibus tamen principia na-  
tura eadem sunt. Id quod affectio-  
num similitudo atque affinitas decla-  
rat: Quod si uerum est, quod  
dicitur, morum generationem esse  
eiusmodi, sapiunt autem & intel-  
ligunt omnia animalium genera, sed  
differunt tamen educationibus, &  
uariis primorum temperaturis: affi-  
ne prorsus ac cognatum caeterorum  
animalium genus nobis est existiman-  
dum.

*Valent. Cod. Lips.* ἐκ τοῦ μὲν γὰρ. τοῦ semel  
tantum positum videtur, cum bis debuisset.  
& sic *Meerm.* ἐκ τούτου. σιχηῖον singulare in  
animo habuit. Paullo post uterque codex  
λέγω δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις, articulo addito.

6. Ἄλλ' ὥσπερ τὰ σώματα.] Forte legen-  
dum ἄλλ' ὥσπερ τὰ σώματα οὕτω καὶ τὰς ψυ-  
χὰς, τὰ μὲν. verbo uno modo transpolita.  
*REISK.*

7. Ἡθῶν γένεσις ἐστι ----] Nihil hic corru-  
ptum est, sed fingendum animo signum coli  
post τοιαύτη positum, nam apodosis periodi  
incipit a verbis παντάπασιν ἂν ---- si vere a-  
iunt, animorum quasi lineamenta & constan-

tiam morum in animali quoque hoc modo  
existere: sapiunt scilicet (sic vulgo aiunt)  
omnia eidem generi cognata. illa verba  
φρονοῦσι μὲν ἅπαντα φύλα ad κράσει materia-  
liter sunt accipienda, constituunt enim illud  
τὸ λεγόμενον vers. ult. p. 134. *REISK.* *Valent.*  
fatis fordide pro more suo ipsi textui infe-  
ruerat post τοιαύτη (for. ζῶων γένεσις ἐστιν ἡ  
αὐτή.) cum nihil innovare necesse sit. φύλα  
elegantem animalibus tribuit, uti alius φύλα  
θεῶν & φύλα ἀνθρώπων, quorum respectu be-  
stiae ζῶα ἀλλόφυλα supra I, 10. ubi vid. de  
mulcis utitur *Homer:* Iliad: T, 30.

dum. quippe cum alimenta omnia eadem omnibus ipsis ſint, & ſpiritum, ut inquit Euripides, nec non fluorem habeant rubrum

*Animalia omnia, ut parentes omnibus*

*Sic eſſe communes polum & terram indicent.*

§. 26. Quare cum cognata ita ſint, ſi eandem etiam ut Pythagoras putabat, animam fortita eſſe uideantur, merito unusquisque iudicari impius poſſet, quia cognatorum iniuria non abſtineat. Neque uero quia quaedam agreſtia ex ipsis ſunt, cognationis propterea ius abruptum eſſe cenſendum eſt. Nihilo enim minus ſed etiam magis ex hominibus aliqui in alios homines malefici reperiuntur, qui quodam quaſi ſpiritu propriae naturae, atque prauitatis ad laeſionem occurrentibus inferendam impellantur. quos ſane licet e medio tollendos, atque interficiendos ducamus, non ideo tamen focietatem erga manſuetos nobis omnem abrumpimus. Sic igitur ſi ex animalibus immania ac fera aliqua ſunt, illa quia eius-

mo-

πάν ζώων γένος. καὶ γὰρ <sup>8</sup> τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐτοῖς <sup>9</sup> καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης, καὶ Φοινίους ἔχει ῥοὰς τὰ ζῶα πάντα, καὶ κοινοὺς ἀπάντων δείκνυσι γονεῖς, οὐρανὸν καὶ γῆν.

§ 26. Ὡς τε ſυγγενῶν ὄντων, εἰ φαίνοιτο κατὰ Πυθαγόραν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν αὐτὴν εἰληχότα, δικαίως ἂν τις ἀσεβὴς κρίνοιτο, τῶν <sup>1</sup> οἰκείων τῆς ἀδικίας μὴ ἀπεχόμενος. οὐ μὲν ὅτι τινὰ ἄγρια αὐτῶν, διὰ τοῦτο τὸ οἰκεῖον ἀποκέκοπται. οὐθὲν γὰρ ἦττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι <sup>2</sup> κακοποιῆται τῶν πλησίον εἶσιν, καὶ φέρονται πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυχόντα, καθάπερ ὑπὸ τινος πνοῆς, τῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας· διὸ καὶ ἀναιροῦμεν τούτους· οὐ μέντοι ἀποκόπτομεν τὴν πρὸς τὸ ἡμέτερον σχέσιν. οὕτως οὖν, εἰ καὶ τῶν ζώων τινὰ ἄγρια, ἐκεῖνα μὲν ὡς τοιαῦτα ἀναιρετέον, κα-

N n

8. Τροφαὶ πᾶσαι.] Πᾶσαι videtur delendum. REISK.

9. Καὶ πνεύματα ----] In Eurip: ni fallor, eſt καὶ πνεύμονας. Euripidis non videntur eſſe, niſi haec pauca verba πνεύμονας (vel πλεύμονας) καὶ Φοινίους ῥοὰς. caetera Theophrasti videntur eſſe. REISK. Αἷματος Φοινίου ῥοὰς habet Eurip: Suppl. 90. Eidem in Hel. 912. Κοινὸς οὐρανὸς πᾶσι βροταῖς, καὶ γαῖα, ſed alio quam hic modo. Mox pro κοινὸς Meerm. κοινωνοῦς.

1. Οἰκείων τῆς ἀδικίας.] Forte οἰκείων ὑπερβολὴ τῆς ἀδικίας μὴ ἀπεχόμενος. REISK.

2. Κακοποιῆται τῶν πλησίον.] Pro κακοποιῆται lego κακοποιοί. VALENT. Saltem κακοποιῆται ſed verum eſt κακοποιοί τε. ſaepius in his libris ea voce utitur Noſter, nunquam hac. iungit eodem modo, uti hoc in loco, ſupra II, 22. τοὺς κακοποιούς καὶ καθάπερ ὑπὸ τινος πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένους. Firmant ſcripturam Cod. Lipſ. & Meerm.

6.

καθάπερ καὶ τοὺς τοιαύτους ἀνθρώ-  
πους, τῆς δὲ πρὸς τὰ λοιπὰ καὶ  
ἡμερώτερα <sup>3</sup> σχέσεως ἀποσατέον. ἐ-  
κατέρως δὲ οὐδέτερα βρωτέον, ὡς  
οὐδὲ ταὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων.  
νῦν δὲ πολὺ τὸ ἀδικον ποιοῦμεν,  
ἀναιροῦντες μὲν καὶ τὰ ἡμέρα, ὅ-  
τι καὶ τὰ ἄγρια, καὶ τὰ ἀδι-  
κα, <sup>4</sup> ἐσθίωντες δὲ τὰ ἡμέρα. κατ'  
ἄμφω γὰρ ἀδικοί, ὅτι ἡμέρα ὄν-  
τα ἀναιροῦμεν, καὶ ὅτι ταῦτα θoi-  
κώμεθα καὶ ψιλῶς ὁ τούτων θά-  
νατος εἰς τὴν βορὰν ἔχει τὴν ἀ-  
ναφοράν. Προσθεῖν δ' ἂν τις τού-  
τοις, καὶ τὰ τοιαῦτα· ὁ γὰρ λέ-  
γων, ὅτι ὁ παρεκτείνων τὸ δίκαιον  
ἄχρι τῶν ζώων, φθείρει τὸ δίκαι-  
ον, ἀγνοεῖ ὡς αὐτὸς οὐ τὴν δι-  
καιοσύνην διασώζει, ἀλλ' ἡδονὴν ἐπ-  
αυξεῖ, ἣ ἐστὶ <sup>5</sup> δικαιοσύνη πολέ-  
μιον. ἡδονῆς γοῦν οὔσης τέλους, δεί-  
κνυται δικαιοσύνη ἀναιρουμένη. ἐπεὶ  
ὅτι τὸ δίκαιον συναύξεται διὰ τῆς  
ἀποχῆς, τίνι οὐ δῆλον; ὁ γὰρ ἀπ-  
εχό-

modi sunt, non secus atque homines  
qui tales fuerint, occidi debent: a  
iure tamen erga caetera mansuetiora  
animalia desistendum non est: neutra  
uero sunt comedenda. Siquidem ne-  
que homines iniustos ulla lex eden-  
dos permittit. At nos longe iniuste  
nos gerimus, cum & mansueta perinde  
atque agrestia & iniusta occidamus,  
& eadem in cibum assumamus. dupli-  
citer enim peccamus, primum, quod  
cum sint mansueta, interficimus: de-  
inde, quod eadem interfecta, epula-  
mur: caedesque eorum non alio, quam  
ad ingluuiem nostram spectat. Adjun-  
genda etiam his illa sunt. Qui enim dicit,  
eum qui ad caetera animalia usque ius  
porrigit, ius ipsum perdere ac corrup-  
pere, ignorat se non iustitiam seruare,  
sed uoluptatem augere, quae iustitiae  
est inimica atque hostis. Cum igitur fi-  
nis sit uoluptas, iustitiam destrui per-  
spicuum est. Nam ex abstinentia ius au-  
geri, cui esse dubium potest? Qui enim  
ab

3. Σχέσεως ἀποσατέον.] Interpono οὐκ. VA-  
LENT. Forte σχέσεως οὐδ' ὡς ἀποσατέον. REISK.  
In antiquissima editione & *codd.* Msscriptis  
οὐκ desideratur, sed *Lugdun. editor* iam cor-  
rexerat. Paullo ante omisit *Meerm.* τοιοῦτους  
ante ἀνθρώπους.

4. Ἐσθίωντες δὲ τὰ ἡμέρα.] Non male *Lipsi-  
ensis codex* ἐσθίωντες ὅτι καὶ ἡμέρα. ut vicissim  
ὅτι in eo desideratur paullo post, ante ὁ πα-  
ρεκτείνων.

5. Δικαιοσύνη πολέμιον.] Mirabar aliquando  
unde illud *μία*. tandem vidi intrusum esse a

Valentino, more haud probando & instituto  
mali exempli, quo ille per hunc totum li-  
bellum flagitiose usus est, quo indicaret sibi  
videri legendum *πολεμία*. profecto aut Grae-  
ci sermonis hospes sit necesse est, aut valde  
obliviosus, cui talia in mentem veniant.  
REISK. Dixi de sinistro illo Editoris consilio  
in praefatione. *μία* is per parenthesin textui  
inseruerat. In *Cod. Lips.* est δικαιοσύνης πο-  
λέμιον. notum utroque modo vocem construi.  
paullo post illa πάντες ἐμψύχων desunt *Meerm.*  
dein οὐ γὰρ ὁ τὸ γεν. φ. *Lips.* & *Meerm.*

ab omnibus animatis abſtinet, etiam ſi ad ſocietatem ſibi nihil conferant, multo magis a laeſione cognatis inferenda cauebit. neque enim ſi amet genus, ſpeciem proſequi odio poterit: ſed quanto animalium genus latius patet, tanto magis etiam erga partem eius eodem modo ius ſeruabit. Qui namque cognationem erga animal ſibi facit, is aliquod animal quoque iniuria non afficiet. At qui omne ius in homine tantum ſibi circumſcribit, is utpote anguſtis admodum terminis conſuſus abiicere a ſe cautionem ab iniuſtitia facile poteſt. Vnde etiam Socratico opſonio Pythagoreum eſt longe ſuauius. Ille enim cibi opſonium eſſe famem dicebat, Pythagoras uero ſi nulli inferretur iniuria, id eſſe opſonii ſuauiſſimum iuſtitiae condimentum opinabatur. dum enim cibum ſumere ab animatis euitamus,

εχόμενος παντὸς ἐμψύχου, <sup>6</sup> καὶ μὴ τῶν συμβαλλόντων αὐτῷ εἰς κοινονίαν, πολλῶ μᾶλλον πρὸς τὸ ὁμογενὲς τῆς βλάβης ἀφίξεται. οὐ γὰρ τὸ γένος φιλῶν, τὸ εἶδος μισησεί· ἀλλὰ μᾶλλον, <sup>7</sup> ὅσῳ μεῖζον τὸ γένος τὸ τῶν ζώων, τοσούτω καὶ πρὸς τὸ μέρος καὶ τὸ οἰκεῖον ταύτην διασώσει. ὁ τοίνυν τὴν οἰκείωσιν πεποιημένος πρὸς τὸ ζῶον, <sup>8</sup> οὗτος καὶ τὸ τὶ ζῶον οὐκ ἀδικήσει. ὁ δὲ μόνον περιγράφας ἐν ἀνθρώπῳ τὸ δίκαιον, ἔτοιμός ἐστιν ὡς ἐν σενῶ, ἀπορρίψαι τὴν ἔφεξιν τῆς ἀδικίας. ὥστε καὶ τοῦ Σωκρατικοῦ ὄψου ἡδίων τὸ Πυθαγόρειον. <sup>9</sup> ὁ μὲν γὰρ ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν. Πυθαγόρας δὲ, τὸ μηθένα ἀδικεῖν, καὶ <sup>10</sup> ἐφηδύνειν δικαιοσύνην τὸ ὄψον. ἡ γὰρ φυγὴ τῆς ἐμψύχου τροφῆς,

N n 2

Φυ-

6. Καὶ μὴ τῶν συμβαλ.] Forte καὶ μὴ ἢ τῶν συμβ. REISK.

 ταθήκην ἀπεσέρησα, οὔτε ἄλλα οὐ-  
 δὲν ἀνήκεσον διεπραξάμην. εἰ δέ τι  
 ἄρα κατὰ τὸν ἑμαυτοῦ βίον ἥμαρτον,  
 ἢ φαγὼν, ἢ πίων, ὧν μὴ θεμιτὸν  
 ἦν, οὐ δὲ ἑμαυτὸν ἥμαρτον, ἀλ-  
 λά διὰ ταῦτα, δείξας τὴν κιβω-  
 τὸν, ἐν ᾗ ἡ γαστήρ ἦν. καὶ ταῦτα  
 εἰ-

bitationem traducite. ego enim deos  
 quos a parentibus colendos accepi,  
 pietate semper prosequutus sum,  
 quamdiu eo in aeuo uitam traduxi:  
 semperque eos honorauī, qui corpus  
 meum procrearunt. ex aliis uero neque  
 interfeci quempiam, neque deposito  
 defraudaui, neque alio quopiam perni-  
 cioso malo affeci. Si quid uero in uita  
 mea uel comedendo, uel bibendo ex  
 iis quae fas non erat, peccaui, id non  
 per me sed per haec peccaui, simul ar-  
 ca in qua uenter erat commonstrata:  
 atque haec cum dixisset ille arcam in flu-  
 uium proiiciebat. tum reliquum corpus  
 ut-

*Wesseling:* ad *Herod.* L. I. p. 100. Insunt  
 huius sermoni multa de Diis colendis, pa-  
 rentibus honorandis &c. quae Decalogi Ta-  
 bulam & Noachidarum praecepta, quae vo-  
 cant, spectasse videntur. Alia etiam notatu  
 digna, adferitur animae immortalitas, sol  
 animas accipere dicitur, mentio sit ἐκείνου  
 αἰῶνος, quae omnia ex Hebraeorum antiqui-  
 tatibus multa luce circumfundit *S. Le Moyne*  
*Diss. in Ierem. XXIII, 6.* non tamen ubi-  
 vis aequae solidus, quam ingeniosus. Illa  
 οἱ τῶν ζ. τ. ἁ. δότες desunt *Lips. Cod.* & pro  
 προσδέξασθαι *Meerm.* προσδέξασθαι. sed & as-  
 passim ille confundit.

10. Αἰδίοις θεοῖς.] An ergo falsus Herodotus  
 & multi alii, qui tradunt, voluisse Aegy-  
 ptios animos hominum in bestias migrare?  
 Dicemusne docuisse illos animam e sede sua  
 delapsam aliquamdiu per homines & anima-  
 lia transire, donec in pristinum locum re-  
 deant? quae est opinio *Cel. Lablonski Panth.*  
*I, 2, 3.* an potius Theologiam Aegyptiacam  
 haud eandem per totum regnum fuisse, eos  
 sacerdotes quos *Herod.* adiit, circuitus per  
 varia corpora finxisse, alios bonorum mentes  
 in Deorum statim concilium admisisse? quam

sententiam ornat *Praestant. Mosheim:* ad  
*Cudw. Syst. T. I. p. 366.* Potuit etiam lapsu  
 temporis eorum Theologia hac parte esse in-  
 mutata. Distingui denique potest cum vetu-  
 stissimis Philosophis animus aethereus, ratio-  
 nis particeps, & spiritus corporeus, seu ani-  
 mus sentiens, quorum ille non hic, in ho-  
 mines ac bestias migrabat. qua observatione  
 difficultatem tolli posse aduertit *Vir Eximius*  
*ibid. p. 1042.* mihi hic operoso esse haud li-  
 cet. Mox τοὺς & οὓς non habet *Lips.*

11. Ἐκείνῳ αἰῶνι.] Monui iam haec ex He-  
 braeis antiquitatibus illustrari, qui αἰῶνα ἐ-  
 κείνον opponunt αἰῶνι τούτῳ. Id passim ab *In-  
 terpr.* ad *Matth. XII, 22. Luc. XX, 35.*  
 &c. adverti solet. Vide quoque *Huet:* ad  
*Origen:* in *Matth.* p. 497. Pro ἐκείνῳ *Lips.*  
 & *Meerm.* ἐκείνων.

12. Παρακαταθήκην ἀπὸς.] Ἀποστρέφει est quo-  
 cunque modo defraudare ac circumscribe-  
 re aliquem. Iungitur hinc cum ἀπάξων. su-  
 pra § 3. voci κλέπτειν, uti in *Euang. Marc.*  
*X, 19.* & *Xenoph.* de *Lac. Rep.* p. 685. B.  
 ἀποστρέφειν & κλέπτειν *Plat.* de *Rep.* p. 583.  
 A. Speciatim dicitur de illis qui depositum  
 negant. Ipsa hac locutione *Plat. Rep. IV.*

P-

utpote purum condiebant. Atque ita excufatione ſibi opus eſſe apud deos exiſtimabant pro iis quae comederant aut biberant, ac propterea uentrem manifeſta hac contumelia afficiendum cenſebant.

§ II. At uero Iudaei, antequam ab Antiocho prius inſtituta eorum labefactata fuiſſent, poſtea a Romanis prope modum deleta, quando templum in Hieroſolymis captum & conculcatum ab omnibus fuit, quibus erat inaceſſum, & urbs penitus euerſa: a multorum aliorum animalium eſu abſtinebant, ſed praecipue, quod ad hunc etiam uſque diem ſeruant, a ſuillis carnibus: ac tres philoſophantium apud eos ſectae habebantur: una Pharifaeorum, altera Sadducacorum, Eſſacorum tertia, quae uenerabilis maxime omnium eſſe uide-

είπων, <sup>13</sup> εἰς τὸν ποταμὸν ἀφίησι. τὸ δὲ ἄλλο σῆμα ὡς καθαρὸν, ταριχεύει. οὕτως ἀπολογίας δεῖσθαι ᾤθησαν πρὸς τὸ θεῖον ὑπὲρ ὧν ἐφαγον καὶ ἐπιον, καὶ διὰ ταῦτα <sup>14</sup> ὑβρίσαι.

§ II. Τῶν δὲ γινωσκομένων ἡμῶν Ἰουδαῖοι, πρὶν <sup>1</sup> ὑπ' Ἀντιόχου τὸ πρότερον τὰ ἀνήκεστα παθεῖν εἰς τὰ νόμιμα τὰ ἐαυτῶν, ὑπὸ τε Ῥωμαίων ὕσερον, ὅτε καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐάλω, καὶ πᾶσι βατὸν γέγονεν, οἷς ἄβατον ἦν, αὐτὴ τε ἡ πόλις διεφθάρη, διετέλουν πολλῶν μὲν ἀπεχόμενοι ζώων, ἰδίως δὲ ἐτι καὶ νῦν τῶν χοιρίων. τῶν τε παρ' αὐτοῖς φιλοſοφῶν <sup>2</sup> τριτταὶ ἰδέαι ἦσαν, καὶ τῆς μὲν προΐξαντο Φαριſαῖοι, τῆς δὲ Σαδδουκαῖοι, τῆς δὲ τρίτης, ἣ καὶ ἐδόκει <sup>3</sup> ſεμνοτάτῃ

T t 2

εἰ-

p. 646. D. εἰ δοκεῖ παρακαταθήκην ἀποσφρῖσαι. Voce παρακαταθήκη frequenter uſos fuiſſe Atticos, cum alii dicerent παραθήκην, ſaepe monuerunt V. D. Colligas hinc furtum apud Aegyptios non fuiſſe licitum, qua in re diſſentiant. V. *Marſb. Can. Sec. IX.* Sed diſtinctione forte aliqua tolli poteſt controverſia. ἀνθρώπων non eſt in *Lipſ. Cod.* & dein *Meerm.* ἐαυτοῦ βίον ἡμαρτον.

13. Εἰς τὸν ποταμὸν ἀφίη. Moris huius veſtigia etiam apud Iudaeos inveniuntur. Vide quae ex eorum magiſtris hanc in rem diſputat *Le Moyné* l. laud. p. 246. non ventrem per quem peccarant, ſed peccata ipſa in profundiffimum maris Deus proicit apud *Micbam VII.* 19. Θάλασσα κλύζει πάντα τὰνθρώπων κακά. *Eurip.* in *Iphig.* 1193.

14. ὑβρίσαι. Bene habet, aptum enim eſt ex ᾠθήσαν. exiſtimabant quidquid vivi petulantius egiſſent, id peccaſſe incitatos

& ſtimulatos ab alimentis. REISK. Optime. *Lugd. & Cantabr. Edd.* temere correxerant ὑβρίσαν. ὑβρίσειν hac in re proprium. *Aelian:* V. H. I, 9. Καὶ τραπέζης ἀσωτία καὶ ὑπὲρ τὴν χρεῖαν χρώμενοι ὑβρίζον. hinc Graeci σάφρονα & ἱβρισην opponunt. V. *Periz.* ad *Euclid.* IV, 15.

1. Ὑπ' Ἀντιόχου. De Epiphane e *Iof. Diod. Sic. Ecl.* l. L. XXXIV, aliisque omnia nota ſunt. quo modo autem tyrannorum minae Iudaeos abſterrere non potuerunt ab exacta rituum obſervatione, pulchre oſtendit *Bochart.* Hieroz. II, 57.

2. Τριτταὶ ἰδέαι ἦσαν &c.] Id *Iofeph:* dicit τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἶδη φιλοſοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν αἰρετικῶν Φαριſαῖοι, τοῦ δὲ Σαδδουκαῖοι, τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ ſεμνότητι ἀσκεῖν Ἑσσηνοὶ καλοῦνται. de B. I. II. 82. *Ideſſe* Ant. XVIII, 1, 2. Ἰουδαίοις φιλοſοφίαι τρεῖς ἦσαν &c.

3. Σεμνοτάτῃ — Ἑσσηνοί. Qui aliis etiam Ἑσ-

εἶναι, Ἑσσαιῶν. οἱ οὖν τρίτοι τοιοῦτο ἐποιοῦντο τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ἰώσηπος τῶν πραγματειῶν ἀνέγραψεν, 4 καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς 5 Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας, ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ 6 πρὸς τοὺς Ἕλληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. 7 εἰσὶ τοίνυν αἱ Ἑσσαιῶν, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος, φιλάλληλοι δὲ, καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποσρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τοῖς πάθεσιν μὴ ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμου μὲν παρ' αὐτοῖς ὑπεροψία, τοὺς δὲ ἄλλοτρίους παῖδας

debatur. Tertiū hi uitam in hunc modum ducebant, ut diuersis in libris Iosephus testatur. Nam & in secundo Iudaicae historiae, quam septem libris absoluit, & in decimo octavo Antiquitatum quas uiginti libris persequutus est, & in secundo aduersus Graecos, duo autem libri hi sunt, mentionem de his facit. Sunt igitur Effaci Iudaei genere, qui mutuo amore amplius quam caeteri se persequuntur. ii uoluptates tanquam uitium auersantur, continentiam uero & affectibus non succumbere uirtutem esse existimant. Coniugium quidem ipsi non admittunt, sed alienos liberos tenellos adhuc ad disciplinas excipientes cognatos suos

Ἑσσαιῶν. Vid. *Sprinkh.* ad *Ioseph.* Ant. XV, 10, 5. nihil mirum eos multum laudari a Nostro, nam, ut ibi *Ioseph.* γένος ἐστὶ διαίτη χρώμενον τῇ παρ' Ἑλλήνων ὑπὸ Πυθαγόρου καταδεδειγμένη. ut Sadducei cum Epicureis componi solent, & Pharisei proxime ad sectam Stoicorum accedebant, vide *Ioseph.* de vita sua c. 2. Illis multa cum Pythagoraeis fuisse communia data opera a Viris Doctis commonstratum est. Quod uero praeter alios *Grotius* putabat, Pythagoram horum principia adoptasse, a uero uidetur alienum, cum post exilium Babylonicum illa secta demum nata uideatur: illi ergo ab hoc, non hic ab illis accipere potuit. Sed haec alii satis superque egerunt. V. *Fabric.* Bibl. Graec. II, 12. 2. & *Brucker.* Hist. Phil. T. II, p. 759. De Effacis multa quae Nostro conueniunt *Philo* in L. Quod omn. prob. liber sit, & de Vit. Contempl. atque ex illo *Euseb.*

P. E. VIII, 379. Dissident quidem in nonnullis capitibus *Philo* & *Ioseph.* uerum id mirabitur nemo, qui expenderit ea, quae ad L. II. § 26. fuerunt obseruata.

4. Καὶ γὰρ ἐν τῷ.] Pendet haec sententia. postulat ἐμέμνητο αὐτῶν uel tale quid. REISK.

5. Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας.] Libri illi Iosephi uariis nominibus dicuntur. *Euseb.* etiam uocat τῶν ἱστοριῶν, Ioseph. ipse τῶν Ἰουδαϊκῶν πολεμῶν, uel Ἰουδαϊκῆς πραγματείας Conf. V. D. ad *Ioseph.* Proem: L. I.

6. Πρὸς τοὺς Ἕλληνας.] Qui *Ioseph.* uocantur κατ' Ἀπίωνος. V. *Comment.* ad L. I, 1.

7. Εἰσὶ τοίνυν οἱ Ἑσσαιῶν &c.] LXXXIII qui sequuntur uers. adducuntur ab *Euseb.* L. IX. Varietates scripturae, quae plures apud eum sunt, adnotabo. γάμου μ. ἀ. ὑπεροψ. sine praepos. παρὰ legitur in excuso, mendose tamen, ni fallor. scriptus namque idem in hoc non diserepat a lectione auctoris. infra

κατ'

ſuos eſſe cenſent, ac moribus ſuis informant. atque id faciunt, non ut in nuptias, & ſucceſſionem ſui in poſterum tollant, ſed ut mulierum petulantias euitent. Diuitiarum ſunt contemptores mirabilisque apud ipſos communicatio bonorum eſt. neque uidere inter ipſos quempiam eſt qui diuitiarum poſſeſſione excellat: quippe cum lex eiſusmodi ipſis ſit, ut qui in collegium id ingrediatur, facultates ſuas in publicum ei proſcribat. atque ita ſit, ut in omnibus ipſis neque paupertatis hu.

δας ἐκλαμβάνοντες, ἀπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, ſυγγενεῖς ἡγούνται, καὶ τοῖς ἡθεσιν ἐαυτῶν ἐντυπούσιν. τὸν μὲν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι. καταφρονηταὶ δὲ πλοῦτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνικόν, οὐδ' ἐστὶν εὐρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα, νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν ὥς ἐν ἅπασι μῆτε πενίας

T t 3

τα-

κλήδα δὲ adiuncta coniungendi particula, & ἀλειψή. non multo poſt ἤκουσιν αἰρετικῶν, & ſeq. verſ. εἰσίσιν ὥς περ ſυνήθεις. dein τῆς μεταδόσεως ἀκολούτως ἡ μετάληψις. duobus verbis inmutatis. quod ad poſterioreſem pertinet inmutationem, puto id culpa librarii commiſſum. nam ſcriptus ille non diſcedit a lectione Porph. In primo ſeq. pag. ἐπιμελητῶν ἀφείνται, ſine verbo indefinite tempore poſito. in tertio ſκεπᾶςμασιν οὕτω pro, ut eſt apud auctorem ſκέπαςι λινῶς. in quarto diſcrimine non variante ſententia ἐν ᾧ μὴδεν. nec multo poſt κατεσθέντων. in ſeq. v. προκατάρχεται. quod manifeſte mendosum eſt, & reſellitur a ſcripto Euf. exemplari. in nono ἀρτοποιησάμενος δ' ἐπεύχεται μᾶλλον. quod item falſum puto. nam quod pertinet ad extremum verbum, πάλιν quoque legitur in eodem mſſ. initio XI. δειπνοῦσι δ' ὑπερέψαντες. in XX. ἡθες δοκιμάζεται. quod placet. Tertio ab hoc v. καὶ ſυναδικεῖσθαι δικαίως, quod improbo, quamvis in ſcripto exemplari eodem pacto legatur. dein ψευδομένους ἀποβάλλεσθαι. nec tamen, quod eſt apud auctorem, puto repudiandum, capitur enim quoque id verbum hoc intellectione, ut valeat odio perſequi. Plut. de Iſt. οὐχ ἦμισα δὲ καὶ τὸν ἰχθυὶν ἀπὸ ταύτης προβάλλονταί τῆς αἰτίας, καὶ τὸ μισεῖν ἰχθυὶ γράφουσιν. XXXV. ἀνέλαβον ἱκανὴν. XXXVIII. ὥς μὴ ταῖς ἀνγῶν ἐνυβρίζειν τοῦ θεοῦ. quod

verum Iudeo. verbum vero quod præcedit hæc. apud eum corruptum eſt. ita enim legi debet unitatis numero dandique caſu, non δοιματίων. XL. ἐκ δὲ τῆς ἀσκήσεως. ſeq. V. λογιζόμενοι. quod manifeſto corruptum eſt. eius vero verbi in ſcripto illo veſtigium nullum. in ſeq. ἐργάων, in' ἡ βλασφημίας, adverbio adiuncto. In quart. v. ſeq. pag. & extremo poſiti illic exempli, ſπανίον δὲ εἰ ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀσχοῦσιν. abeſt tamen particula εἰ ab Eufeb. illo ſcripto. VICTORIUS. Hinc ad § 14. verbatim fere tranſcripta ſunt omnia ex Iosepho. Emendationes autem quæ in iſto occurrunt intervallo pleraque Iosephi iplius cod. authoritate nituntur. VALENT. Ioseph. B. Iud. II, 8. ubi conferri debent notæ V. D. nullam eius rationem habitam a V. D. mireris. E Noſtro hauſit Eufeb. P. E. IX. p. 404. ſed qui Iosephi oblitus videtur, cum p. 407. D. ſcribit ταῦτα μὲν ὁ Πορφύριος ἐκ παλαιῶν ὡς εἰκὸς ἀναγνωσμάτων — ἐμαρτύρησεν. Quædam etiam habet Suid. in Ἑσσάτοι. Statim & Ioseph. & Eufeb. καὶ τὸ πάθειν, quod merito præferebat Reiskius. male deiſ Meerm. ὑπερέψαν.

8. Νόμος γὰρ &c.] Multum de ſtatu hoc & communione bonorum diſputant iuris interpretes. Bene Grot. Iur. B. & P. II, 2. id fieri potuiſſet, ſi in magna aliqua ſimplicitate perſiſtiſſent homines, aut eximia quadam

ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήτε ὑπερ-  
οχὴν πλούτου, τῶν δ' ἐκάστου κτη-  
μάτων ἀναμεμιγμένων, μίαν ὡς-  
περ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι.  
κηλῖδα ὑπολάμβανουσιν τοῦλαιον, 9  
καὶ ἂν ἀλειφῇ τις ἄκων, σμήχεται  
τὸ σῶμα. 10 τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν  
καλῷ τίθενται, 11 λευχαιμονεῖν  
τε διὰ παντός. χειροτονητοὶ δὲ 12  
τῶν κοινῶν ἐπιμεληταί, καὶ 13  
ἀδιαίρετοι πρὸς ἀπάντων εἰς τὰς  
χρείας ἑκάστοι. 14 μία δὲ οὐκ ἔστιν  
αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἐκάσῃ με-  
τοι-

humilitas, neque diuitiarum excellentia  
ulla conspiciatur: sed ex singulorum  
possessionibus commixtis una cunctis pe-  
rinde ac fratribus facultas suppetat. O-  
leum maculam corporibus esse opinaban-  
tur: etiam si inuitus quispiam unctione  
eius corpus abstergeret. Squalere enim  
pulcrum apud ipsos censebatur: indu-  
menta quoque alba semper gestare praecla-  
rum habebatur. Communium rerum pro-  
curatores ab omnibus indistincte singuli  
creantur, prout usus requisierit. Ciui-  
tas ipsis una non est: sed in unaquaque  
mul-

dam caritate inter se vixissent. Tales autem  
Esseni, Pythagoraei, veteres Christiani, &  
hodie etiam multi. Vide *Holsten.* ad Nostr.  
Vit. Pyth. 20. pro τάγματι *Meerm.* πράγματι.  
inepte.

9. Καὶ ἀλειφῇ.] Ἀλειφῇ *Ioseph.* ἀλειφῇ  
*Euseb.* Utrum hoc eligas, an illud, ciccum  
non interdum. sed male *Meerm.* τούλεμον  
pro τοῦλαιον.

10. Τὸ γὰρ αὐχμεῖν —] Cum ab Essenis  
illis, Iudaeorum affectis, monachorum Chri-  
stianorum originem aliqui arcestant, nihil mi-  
rum est, huiusmodi quoque sordes illos olim  
adfectasse, quae res nec dum in desuetudi-  
nem abiit. Vide hac de re *Salmas.* ad  
*Tertull.* Pall. p. 68.

11. Λευχαιμονεῖν τε.] De Therapeutis dispu-  
tatur, Gentilesne fuerint, Iudaei (quod vero  
proximum est) an Christiani ex Alexandrinis  
Iudaeis facti. certe vitam asceticam, nec  
multum ab Essenis diversam agebant. adscri-  
bam ideoque *Philonis* locum idem eadem  
voce dicentis. De Vit. Contempl. p. 695.  
D. ἐπειδὴν οὖν συνέλθωσι λευχαιμονοῦντες Φα-  
δρῶι.

12. Τῶν κοινῶν ἐπιμεληταί.] Οἱ ἐπιμελ. *Euseb.*  
Intelliguntur *quaeestores*, de quibus eod-  
em modo *Philo* apud *Euseb.* P. E. p. 380.  
A. ἐκ δὲ τῶν οὕτως διαφερόντων ἑκάστοι τὸν μι-  
στὸν λαβόντες ἐνὶ διδόναι τῷ χειροτονήντι ταμίᾳ.

λαβὼν δ' ἐκείνος αὐτίκα τεπιτήδεια ὠνεῖται, καὶ  
παρέχει τροφὰς ἀφρόνους, καὶ τ' ἄλλα ἅν ὁ ἀν-  
θρώπινος βίος χρειώδης.

13. Ἀδιαίρετοι πρὸς —] Quid sibi haec ve-  
lint explicat ad *Euseb.* *Viger.* cum quo tamen  
τὸ εἰς expungendum haud putem. Blandiri qui-  
dem posset αἰρετοί, quod est in *Ioseph. Cod.*  
*Lugd. Bat.* sed contra tot aliorum consen-  
sum nihil movendum. πρὸς construi potest  
cum χειροτονητοί. dicit quippe communibus  
suffragiis fuisse creatos quaeestores.

14. Μία δὲ — ἐν ἐκάσῃ μετοικοῦσι.] Ita re-  
cte Noster & ex illo *Euseb.* κατοικοῦσι *Ioseph.*  
sed apud eum quoque sic referibi velim. dif-  
ferunt illa vocabula, ac μετοικεῖν proprie de  
incolis dicitur qui iure civitatis non gau-  
dent, & hinc de illis adhibetur, qui per ali-  
quod tempus in urbe quapiam habitant,  
postea alio migraturi. Vid. *Plat.* Leg. VIII.  
p. 919. E. Hac observatione tolli posse reor  
gravissimam controversiam quae Eruditos ex-  
ercet, quo modo *Ioseph.* in concordiam re-  
digi possit cum *Philone*, cui in Lib. Q. O.  
P. L. p. 678. Esseni κωμηδὸν εἰκοῦσι, τὰς πό-  
λεις ἐκτρεπόμενοι. Fixum quippe domicilium  
in una aliqua urbe non habebant, sed in a-  
gris habitare malebant, vel sic tamen, cum  
res ita ferrent, per aliquod tempus in ur-  
bibus commorari & peregrinari solebant.

15.

multi ex ipſis ſimul degunt: apud quos aliunde aduenientibus modo eiſdem ſectae homines ſint, omnibus aditus patet. Quique primum ipſos intuiti fuerint, perinde ac familiares agnoſcunt. Vnde quotiescunque peregrinantur, nihil ſumptuum uidelicet cauſa ſecum afferre conſueuerunt. Nunquam neque calceos, neque indumenta permutant, niſi uel dirupta penitus, uel uetuftate fuerint conſumpta. Neque emunt, neque uendunt quicquam: ſed unusquiſque datis iis quae apud ſe ſunt, indigenti, ab eo contra quae uſui ſibi futura ſint, recipit. Quin etiam ſine ulla huiusce modi retributione quae opus ſunt, a quibuscunque uoluerint, accipere licet.

§ 12. Erga numen ſane peculiari quodam modo pietatem exercent. prius enim quam oriatur ſol, profanum nihil loquuntur, ſed patrias quasdam preces, qua-

τοικοῦσι πολλοὶ, καὶ ταῖς ἐτέρωθεν <sup>15</sup> ἤκουσιν αἰρεσιώταις ἀναπέπταται τὰ παρ' ἀλλήλοισιν, καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες, <sup>16</sup> ἴσασιν ὥστερ συνήθεις. διδὸν οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἀναλωμάτων ἕνεκα. οὔτε δὲ ἐσθῆτα, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσιν, πρὶν διαβράχηναι πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. οὐδ' ἀγοράζουσί τι, οὐδὲ πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρέζοντι διδοῦς ἑκάστος τὸ παρ' ἑαυτοῦ, τὸ παρ' ἑκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται. χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως ἀκώλυτος ἢ μετὰ λήψις αὐτοῖς, παρ' ὧν ἂν θέλωσιν.

§ 12. Πρὸς γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δὲ τινὰς <sup>1</sup> εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὡς-

15. "Ἦκουσιν αἰρεσιώταις.] Apud *Ioseph*: minus recte legi αἰρεσιώταις, probari, autem poſſe noſtrum αἰρεσιώταις ad *Euseb*: notat *Viger*. Ibi nunc editur αἰρεσιώταις, & ſic legebat iam *Viſtor*: ſed *Codd.* admodum variant. Ea certe voce e *Iosepho* bis utitur Noſter § 13.

16. ἴσασιν ὥστερ συνήθεις.] *Euseb*: εἰσίσασιν, quod probat *Viger*: ſi mutetur in ἐξίσασιν. Ego nihil demutem, & ibi quoque ἴσασιν fuiſſe putem paene. Εἰσίσασιν quidem eſt apud *Ioseph*: ſed ab illo deſceſcit hic paululum, nam ibi etiam eſt αὐτοῖς pro Noſtri ἀλλήλοις, pro quo ἀλλήλοις melius *Euseb*: ſuntque ibi plura, quae hic non loquuntur. Videtur ergo *Porphy*: & ex illo *Pamphil*: ſenſum tantum expreſſiſſe. certe in vulgatum omnes conſpirant *Codd.* quare neſcio, unde hauſerit *Hudſ*: quod apud Noſtrum εἰσίσασιν legi notet. Dicit, ſimulatque aliquem ſuo-

rum vidiffent, tanquam *συνήθεις* agnoſciſſe. Belle haec conueniunt illis quae de ſodalitate des Frances Maçons, ut vocantur, narrant. Alia etiam inueniet curioſus lector in Eſſenorum inſtitutis, quae ab horum moribus haud aliena putabit. *σκαλὶδα διδοῦσι τοῖς μέλλουσιν αἰρεσιώταις.* &c. Et plura forte, ſi quis illis ſacris iniatus in haec incidat. Confer quoque *Reisk.* ad finem § 12. Mox *Ioseph*: ἐσθῆτας & πρὶν ἢ διαβρ. & paullo poſt pro τὸ παρ' ἑαυτοῦ (quae deſunt *Lipſ. Cod.*) *Euseb*: τὸ π. ἑ. *Ioseph*: τὰ παρ' αὐτοῦ.

1. Εἰς αὐτὸν εὐχὰς.] Videntur verba prae ſe ferre, ac ſi Ellēni ſoli preces ſunderent, V. Salmaſi in Solin: VALENT. P. 431. Aliqui, ut hoc crimine eos abſoluant, reſcribunt εἰς αὐτὸν, nempe τὸ θεῖον, ſed *Codd.* inuitis. *Viger*: ad *Euseb*: intelligit εὐχὰς non quae Soli, aut Solis in honorem, ſed Solis cauſa

nam.

ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν, ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν ἰέναι ἀφίενται. καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον. ζωσάμενοί τε σκέπασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἀγνεύαν εἰς ἴδιον οἶκημα συνίασιν, ἐνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν. αὐτοὶ τε καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται, τὸ δεῖπνῆτήριον. καθισάντων δὲ μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς, ἐν τάξει παρατίθῃσιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἐν ἀγγεῖον ἐξ ἐνὸς ἐδέσματος ἐ-

quasi supplicantes, ut oriatur, ad ipsum effundunt. Quod ubi factum est ad artes singuli quas sciunt, exercendas a praesidibus dimittuntur. atque ibi ad quintam usque horam strenue operati, deinde in unum locum omnes rursus congregantur: in quo tegumentis lineis praecincti frigidis aquis corpus abluunt. post quam purificationem in proprium domicilium conueniunt. quo ingredi permittum nemini est, qui alterius sectae fuerit. Ipsi autem puri, in coenaculum quasi in sanctum quoddam fanum procedunt. In quo ubi quiete omnes discubuerunt, ordine seruato pistor panes, coquus unius opsonii uasculum unum unicuique apponit.

an-

nuncupantur. Ut cetera Essenorum doctissime excurit, sic haec etiam Cel. *Brucker*: Hist. Crit. Phil. T. II. qui p. 768. lenissime *eis* interpretatur *propter* vel *in*, ita ut recitarint preces, in vel propter solis ortum conpositas, ut lux eius feliciter iis illuceret. profecto non magis hoc absurde fieri poterat, quam si Christianus in solem carmen componat, & excellentissimum istud opus praedicet. Et sunt huius modi in S. literis, ut *Aldr*: ad *Ioseph*: animaduersum. Homines illi impatienter solis ortum morabantur, ideoque sollemni formula quasi supplices, ut lumen suum exfereret, rogare potuerunt, ut aegre post occasum se subducebant. *Philo* apud *Euseb*: p. 379. πρὶν δὲ ἡλίου ἀνασχεῖν, ἐπὶ τὰ συνῆθη τρεπόμενοι θυομένου μόλις ἐπαύασιν. Insignis est locus *Eiusd.* Vit. Cont. p. 698. de Therapeutis, τὰς τε ὕψεις καὶ ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἑω γάντες, ἐπὶ τὴν θέαντων τὸν ἡλίου ἀνίσχοντα, τὰς χεῖρας ἀνατείναντες εἰς οὐρανὸν εὐμερίαν καὶ ἀλλήλοις ἐπεύχονται. Vel sic

tamen videntur splendidius, quam par erat, de sole existimasse. V. ad II, 26. & infra 13. τὸν θεὸν vocare. Nec est quod mireris, si cogites, multos Hebraeorum doctores cum Pythagora caelestes orbis anima & intellectu praeditos credidisse, unde *caelicolas* ab imperatoribus Romanis Iudaeos dici aliqui putant. V. *Spencer*: ad *Orig*: Contr: Celsi p. 344. Ut multa alia cum eo habuisse communia Essenos modo dictum est. Quid? illisne tribuere hoc absurdum, cum nec hac macula caruerint qui olim Christiani censerī volebant, qua de re *Cuper*: Harp: p. 112. Equidem ex Orientalium philosophia hoc propagatum videtur. Nec olim nec hodie & inter Christianos quosdam, & alios in Oriente infrequens esse, ut orientem solem reverenter, nec sine corporis inclinatione excipiant, ostendit *T. Hyde* de Rel. Vet. Perf. c. I.

2. ἰέναι ἀφίενται.] *Euseb*: ὑπὸ τ. ἑ. ἀφίενται. *Ioseph*: pro illo διαφίενται. Mox uterque

oks-

ante autem quam ſumatur cibus qui caſtus puruſque eſt, precatione quadam ſacerdos utitur, ante quam deguſtare cuiſpiam fas non eſt. Poſt prandium item, preces ab eodem adhibentur. tam enim incipientibus, quam finientibus celebrandum deum ſibi eſſe ducunt. Poſtea indumentis hiſi quaſi ſacris depoſitis ad opera rurfus redeunt. Quibus ubi ad uesperam uſque incubuerunt reuerſi iterum ſimili modo hoſpitibus quoque ſi forte iam aliqui aduenerint, ſimul diſcumbentibus coëpulantur. Nullus clamor unquam, aut tumultus domum inquinat. Sed adeo modeſte loquendi ac tacendi uices ſibi mutuo praeſtant, ut iis qui extrinſecus ſunt, ſilentium eorum qui ſunt intus, quaſi mirabile aliquod myſterium eſſe uideatur. Cuiuſce rei in cauſa eſt aſſidua hominum ſobrietas, qui cibum & potum naturae ſati-

ἐκάσῳ προκατεύχεται δ' ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, ἀγνῆς οὔσης καὶ καθαράς· καὶ γεύσασθαι<sup>3</sup> τινι πρὶν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. ἀριſτοποιηſαμένοις δὲ ἐπεύχεται πάλιν. ἀρχόμενοι τε καὶ παύμενοι γεραίρουσι τὸν θεόν. ἔπειθ' ὡς ἱερεὺς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται·<sup>4</sup> πίνουσι δ' ὑποſρέψαντες ὁμοίως ſυγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἰ τύχοιεν αὐταῖσι παρόντες.<sup>5</sup> οὔτε δὲ κραυγὴ ποτε τὸν οἶκον οὔτε θόρυβος μιáνει, τὰς δὲ λαλίδας ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις. καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυſηρίον τι φρικτὸν ἢ τῶν ἔνδον ſιωπῇ καταφαίνεται. τούτου δ' αἷτιον ἢ διηνεκὲς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου.<sup>6</sup> τοῖς δὲ ζη-

V v

λοῦ-

σκέπáσμασι λιγὼς tamen deest *Euseb.* videntur itaque apud *Porrb.* tres literae excidisse. σκεπáσματα de vestibus utitur etiam *Ioseph.* Ant. XV, 9, 2. Paullo post pro ἔλλα *Euseb.* ἐν ᾧ.

3. Τινι πρὶν τῆς —] *Ioseph.* τινι πρὸ, sed ibi etiam πρὶν *Cod. Leid.* τινι *Euseb.* quoque. Mox idem ἀριſτοποιηſάμενος ἐπεύχ., addunt tamen δὲ aliqui *Codd.* quod, nescio qua auctoritate, in γε mutarat *Valent.* Certe & *Lips. Cod.* tuetur, & *Euseb.* apud quem μᾶλλον e voce πάλιν perperam ortum fuit. Dein post γεραίρουσι τὸν θεόν addit *Ioseph.* ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς.

4. Πίνουσι δὲ ὑπόσρ. —] *Et Iudaeus*, e quo *Noster*, & *Christianus*, qui e *Nostro*, δειπνοῦσι. quia Graeci a bibendi studio convivii nomen dederunt, ea voce usus videtur. notum est

illud *Cicer.* IX. Famil. 24. *Sapientius nostri quam Graeci*: illi συμπόσια αὐτὶ σὺνδειπνα, id est, *comotationes*, aut *concoenationes* &c. Hinc itaque συμπόσιον idem quod δειπνον. nostram vocem de epulis etiam interpretantur apud *Plut.* T. I. p. 94. A.

5. Οὔτε δὲ κραυγὴ —] Ita revocavi. antea legebatur οὔτω δὲ, quod etiam emendarat *Foggeroll. Valent.* e *Ioseph.* substituerat οὐδὲ. nostrum *Euseb. Cod. Lips. & Meerm.* firman. *Valent.* mox rursus οὐδὲ. nos οὔτε dedimus, sicut Hebraei & Christiani, licet haud ignorem, nullam nos cogere necessitatem, ut has particulas sub eadem formam redigamus. *Lips.* οὐ θόρυβος, & sic est in antiquissimis *Edd. Meerm.* θυρίβος, perpetua literarum confusione.

6. Τοῖς δὲ ζηλοῦσι. —] *Ioseph.* τῷ δὲ ζηλοῦντι. no-

λοῦσι τὴν αἵρεσιν οὐκ εὐδὸς ἢ πά-  
ροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἕξω μένοντι  
τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται διαίταν, ἀ-  
ξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες,  
καὶ λευκὴν εὐθῆτα. ὧ ἐπειδὴν δὲ  
τοῦτω τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας  
θῶ, πρόσσειτον ἑγγίον τῇ διαίτῃ  
καὶ καθαρτέρων τῶν πρὸς ἀγνεί-  
αν ὑδάτων μεταλαμβάνει. παραλαμ-  
βάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐ-  
δέπω· μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερίας  
ἐπίδειξιν δυσὴν ἄλλοις ἔτεσιν τὸ  
ἦθος κομίζεται. καὶ φανερὸς ἄξιός  
οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνε-  
ται.

§ 13. Πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἀψα-  
σθαι τροφῆς, ὄρκους αὐτοῖς ὁμνυ-  
σι φρικώδεις. πρῶτον μὲν, εὐσε-  
βήσκειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς  
ἀνθρώπους δίκαια διαφυλάξαι, καὶ  
μή τε κατὰ γνώμην βλάψαι τι-  
νὰ, μήτ' ἐξ ἐπιτάγματος, μισή-  
σειν δὲ αἰεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ

ἰ συν-

tietate metuebantur. His autem qui in  
societatem hanc admitti cupiunt, non  
statim aditus patet: sed eodem uictu ser-  
uato, sarculoque & femoralibus, &  
albo indumento accepto agendus extra  
annus est. quo in tempore ubi iam con-  
tinentiae suae experimentum exhibue-  
rint, propius accedunt, & ex puriori-  
bus ad sanctificationem aquis sumunt,  
licet nondum ad conuictum admittantur.  
Post enim hanc continentiae demon-  
strationem duos alios annos in morum  
comprobationem consumunt. quibus  
exactis ubi dignus uisus quispiam est,  
ita in collegium cooptatur.

§ 13. Prius tamen quam commu-  
nem uictum attingat, horrendum  
quoddam iusiurandum iurat. Primum,  
pie se numen esse ueneraturum: dein-  
de iura erga homines seruaturum:  
neque ex consilio, neque ex manda-  
to laesionem cuiquam se esse illatu-  
rum: iniustos se odio prosequuturum:  
iu-

nota usum olim frequentissimum, ut eorum,  
qui in societatem adsciscerentur, mores at-  
que ingenium antea per aliquod tempus ex-  
plorarent, quae consuetudo in Ecclesiam  
Christianam duca etiam fuit. Vid. *Holsten*:  
ad *Nöstrum* Vit. Pyth. 6.

7. Ἐπειδὴν δὲ τοῦτω.] Ἐπειδὴν δ' ἐν τούτῳ  
τ. χ. REISK. Et sic est apud *Eusebium*.

8. Καθαρτέρων — ὑδάτων.] Κοινὰς ὕδασι  
lavare apud Iudaeos olim aliosque illicitam,  
quo respicere videtur *Ambros. Epist.* ad  
Hebr. X, 22. Multa hanc in rem vide apud  
*Spencer. Rit. Leg.* III, 1. Veram lectionem  
e *Iosepho*: instauravit *Valent.* Antea legeba-

tur καθαρότερον, quod apud *Euseb.* quoque  
circumfertur, & est in *Cod. Mæcryn.*

9. ἦθος κομίζονται.] In *Cod. Lips.* est κο-  
μίζεται. voluisse videtur συμβίβηται, aut κο-  
μείται. REISK. Cum omnes *Porpb. Codd.*  
conspirent in κομίζεται, quod voluit etiam  
*Valent.* exilio mittere non audeo. Unice  
tamen verum *Iosepho*: & *Pamphili* δοιμίζεται.  
quod substituerat *Valent.* in cuius *Editi.* le-  
gebatur κομίζονται.

10. Οὕτως εἰς —] Ergone sodalitas *des*  
*Francis Maçons* ex eo instituto renata est?  
REISK. Vid. ad § 11.

1.

juſtis fautorum, fidem & obedientiam omnibus, ſed praecipue dominantibus exhibiturum: quippe cum non abſque dei uoluntate hominibus principatus contingat. ſique ipſe dominetur, nunquam poteſtate contumelioſe ſe eſſe uſurum: non ueſtitu, non aliquo alio ornatu ſplendidiore ſubditos eſſe ſuperaturum: ueritatem ſemper amplexaturum mendacioque antepoſiturum: manus a furto, & animam ab iniuſto lucro puram ſe eſſe ſeruatorem: neque ſuos ſe collegas celaturum quicquam, neque aliis quicquam e-

nun-

ἢ συναγωνίζεσθαι τοῖς δικαίοις, τὸ τιθέν παῖσι μὲν παρέχειν, μάλιστα δὲ τοῖς ἡγετοῦσιν· οὐ γὰρ δίχα θεοῦ περιγίγνεσθαι τι· τὸ ἄρχεσθαι καὶ αὐτὸς ἄρχει, μὴ δὲ πώποτε ἐξυβρίσαι εἰς τὴν ἐξουσίαν, μὴ ἐσθῆτι ἢ τινι πλεονίᾳ κόσμῳ τοὺς ὑποταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾷ ἀεὶ, καὶ τοὺς ψευδομένους προβάλλεσθαι· ἡ χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχῆς ἀνοσίῳ κέρδους καθαρὰν φυλάττειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἰρετικὰς, μήτε

V V 2

6 ε-

1. Συναγωνίζεσθαι παῖς διμ.] *Euseb.* συναγωνίζεσθαι. quo utuntur V. D. ad inſtruendum S. *Paull.* ad Roman. XV, 30. Paulo ante pro conſiſto duo illi alii ſimplex φυλάττειν.

2. Κρατοῦσιν, οὐ γὰρ δίχα θεοῦ —] *Paull.* ad Roman. XIII, 1. οὐ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία εἰ μὴ ἐκ θεοῦ, ubi vide diligentiff. *Interpretes.* eo in loco per ἐξουσίαν (qua voce ſtatim Noſter utitur,) munus ipſum intelligi videtur, adeoque imperii vel Reip. forma, quae utique Deum habet auctorem. ita βασιλικὴ ἐξουσία &c. dici ſolet παῖσι ἄρχαι καὶ ἐξουσίαι omnes inferiorum formas complectuntur *Plat.* Alcib. p. 450. B. Alii itaque ἐξουσιάζοντες *Luc.* XXII, 25. & ἐξουσία vel ἐξουσία. κρατοῦντες ſunt qui rerum potiuntur, ut ſaepe. *Adi. Markland:* ad Eurip. Suppl. 18. Pro τισι *Ioseph:* & *Euseb:* τιν. Ille paullo ante πρὸς αὐτοὺς παρ.

3. Ἄρχει μὴ δὲ πώποτε. ἐξ.] *Ioseph:* ἄρχη μὴ δὲ π. ἐξυβρίζειν. *Euseb:* quoque ἄρχη, quod reſtituendum videtur, licet conſtructio ἄρχη παρὶς poſſit, qua de re *Bergler:* ad *Alciphr:* L. II. Epist. 58. Verius etiam *Euseb:* ἐξυβρίσαι, pro quo *Valent.* ἐξυβρίζειν dederat. nam ſic *Cod. Lipf.* & *Meerm.* nec non *Victorii* editio (nam quod ibi eſt ἐξυβρίσαι operarum errori tribuo, quem, ut ſaepe

ſecutus ſuit *Fogoroll:*) Magiſtratus. itaque legitimos ſerebant, ſed quos dignitate ſua ſuperbire, aut ſupra ceteros ſe eſſere nobilebant, ſervilis quippe conditionis oſores maximi. Id ſibi vult *Pbilo* apud *Euseb:* P. E. p. 382. A. Κατακινώσκουσι τῶν δεσποτῶν οὐ μόνον ὡς ἄδικον, ἰσότητά λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀπειρῶν βεσμὸν φύσεως ἀναιρύντων, ἢ πάντας ὁμοίως γεννίῃσας &c. Bene mox utitur voce ὑποτάσσεσθαι, quae propria hac in cauſa. inde inſtrari poteſt Divinus Vir in *Epist.* ad Rom. XIII, 1.

4. Ψευδομένους προβάλλεσθαι.] Bene vulgatum tueretur *Vidlor.* plura ſignificationis exempla dat *Markl.* ad *Max. Tyr.* XXXVI, 2. *Ioseph:* ἐλέγχειν προβάλλεσθαι. ubi καὶ excidit.

5. Χεῖρας κλοπῆς καὶ ψυχῆς —] Iungit χεῖρας & ψυχῆς, ſere ut *Iacob.* χεῖρας & καρδίαν. c. IV, 8. quae nescio an hinc inſtrari poſſint. Certe ſi καθαροὶ τὰς χεῖρας intelligantur homines non rapaces, quos ſpeciatim ſic adpellari recte advertit *Raphel.* Tangere ſic videri poſſet Apoſtolus tria decalogi praecepta. verſ. 4. 8. 11. malim tamen latius interpretari, purae enim manus utroque in ſermone innocentiam ac vitae integritatem notare ſolent.

6.

9 ἑτέροις αὐτῶν τι μνηύσειν, καὶ  
μέχρι θανάτου τις βιάζεται. πρὸς  
δὲ τούτοις 7 ὁμνυσι μηδὲν μὲν  
μεταδοῦναι τῶν δογμάτων ἑτέρως,  
ἢ ὡς αὐτὸς παρέλαβεν. ἀφέξεσθαι  
δὲ ληθείας, καὶ συντηρήσειν ὁ-  
μοίως τὰ τε αἰρέσεως αὐτῶν βι-  
βλία, καὶ τὰ 8 τῶν ἀγγέλων ὀ-  
νόματα τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅροι. 9  
οἱ δ' ἄλόντες καὶ οἱ ἐκβληθέντες  
κακῶ μὲν φθείρονται. τοῖς γὰρ ὀρ-  
κοῖς καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένοι, οὐ-  
δὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύ-  
νανται μεταλαμβάνειν, 10 πονη-  
ροὺντες δὲ, καὶ λιμῶ τὸ σῶμα  
διαφθειρόμενοι, ἀπόλλυνται. διὸ δὴ

πολ-

nunciaturum, etiam si ad mortem  
usque cogatur. Ad haec iurat se  
nullo alio modo aliis decreta esse  
traditurum, quam quo ipse acce-  
perit: se a latrocinio temperatu-  
rum: se simili modo sectae suae  
libros, ac angelorum nomina di-  
ligenter obseruaturum. ac iusiuran-  
dum quidem huiusmodi est: quod  
qui uiolant, & eliciuntur, malo  
fato postea intereunt. iuramentis e-  
nim & consuetudinibus obnoxii ne  
apud alios quidem consequi alimentum  
queunt. unde herbam comedentes  
tandem fame consumpti pereunt.  
Vnde ipsi multos misericordia moti

in

6. Ἐτέροις τι μνηύσειν.] Male *Meerm.* ἐταί-  
ροις, ut voces istae saepe confundi solent,  
sic mox iterum ἐταίρις pro ἑτέρως. Mos mul-  
tis populis usitatissimus, ut diligenter cave-  
rent, ne sacrorum arcana τοῖς ἀμύτοις in-  
notescerent. Effaei haec etiam cum Pytha-  
goraeis habuerunt communia, & acceperunt  
ab Aegyptiis, de quibus testatissimum est.  
Fluxit ad Christianos, qui religionis mysteria  
infidelibus non prodebant, qua de re *Milles*  
ad *Cyrril.* Hieros. Praef. p. 9.

7. Ὅμνυσι — ἢ αὐτὸς παρέλ.] *Ioseph:* πρὸς  
τούτοις ὁμνύουσι, & *Meerm.* μηδὲν μεταδοῦναι.  
dein *Ioseph:* μετέλαβεν pro παρέλαβεν. sed  
nostrum ἐμφατικώτερον. παραλαμβάνειν quippe  
est proprie doctrinam a parentibus, vel prae-  
ceptoribus traditam recipere, uti eam pro-  
pagare est παραδίδουσι. Utrumque sic etiam  
iungit *S. Paullus I.* ad Corinth. XI, 23. ἐγὼ  
γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παραδίδωκα  
ὑμῖν. Centies ita Noster & alii.

8. Τῶν ἀγγέλων ὀνόματα.] Τῶν omittit  
*Meerm. Scalig.* & alii hoc *Iosephi* loco u-  
tuntur, ut adferant *S. Paull.* ad Coloss. II,  
18. angelorum cultum in Essenis damnare.

sed contra veniunt multi & Iudaeos ceteros  
illius aetatis hoc crimine evolvunt. an recte,  
non, anquiro. Contrarium utique significare  
videtur *Orig.* in *Ioan.* p. 212. Sed Noster  
hic nihil de cultu dicit, tantum quod no-  
mina diligenter custodiverint, quod nihil  
mireris in hominibus superstitioni deditis,  
cum variae angelorum τάξεις crederentur.  
nihil ergo movendum invitis & *Ioseph:* &  
*Porph.* & *Euseb. Codd.* cum Viro Clar. qui  
apud *Ioseph:* ὀρνέων coniiciebat. Vox a lu-  
daeis & Christianis transiit ad Platonicos,  
*Hieroclem,* *Nostrium* & alios. unde patet,  
quo iure V. D. ad *Porph.* liag. c. 3. no-  
tarit, quoties illa vox apud Nostrium occur-  
rat, corruptam esse, & vocem θεοῦ substi-  
tuendam. De re ipsa confer Cel. *Brucker:*  
Hist. Phil. T. II. p. 769.

9. Οἱ δὲ ἄλόντες.] Plenius *Ioseph:* ἐπ' ἀξια-  
χρείοις ἁμαρτήμασιν ἄλόντας. Abit paululum in  
sequentibus ab eo Noster.

10. Πονηροὺντες δὲ.] *Ioseph:* πονηρῶν δὲ  
καὶ λιμῶ τὸ σῶμα τηκόμενος διαφθείρεται. ut  
Noster *Pamphil.* nisi quod τὸ σῶμα deside-  
retur. Rectius ibi etiam nunc editur πονη-  
ροῦν

in extremis neceſſitatibus conſtitutos receperunt, poenam peccatorum ſuorum in eo ſatis idoneam dediffe exiſtimantes, quod ad mortem uſque afflicti calamitatibus fuiſſent. Sarculum autem iis qui in ſectam aſciſcendiſunt, ea de cauſa dare conſueuerunt. quia etiam ipſi alioqui exonerandi uentris cauſa non ſeſſitant, niſi ſcrobem pedali altitudine defoderint, pallioque circum operuerint, ne ſplendore lucis appetente aliqua contumelia deos afficiant. Tanta autem uictus eorum tenuitas ac paucitas eſt, ut ſeptimo die, quem hymnis in deum & quieti totum dicarunt, nulla excrementorum exinanitione indigeant. Ex qua quidem exercitatione tantam tolerantiam

πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις <sup>11</sup> ἀνάγκαις ἔλαβον ἱκανὴν τιμωρίαν δεδοκέναι νομίζοντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τὸν μέχρι θανάτου βάσανον. τὴν δὲ <sup>12</sup> ſκαλίδα διδόναι τοῖς μέλλουſιν αἰρετιſαῖς. ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ <sup>13</sup> θακεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντές τε θοιματίῳ ὥς μὴ <sup>14</sup> ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ θεοῦ. τοσαύτη μὲν ἐſιν αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν διαίταν καὶ ὀλιγότης, ὥς <sup>15</sup> τῇ ἐβδομάδι μὴ δεῖσθαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθαſιν εἰς τοὺς ὕμνους τῷ θεῷ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. <sup>16</sup> οἱ δὲ τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην πεποιήνται τὴν καρ-

V v 3

τε-

γούντες, antea fuiſſe ποιηφαγούντες V. D. ad *Ioseph*: monet. ſtulte hic quoque vitium operarum, quod inreperat in Editionem principem, ſecuti fuerunt Editores poſteriores, qui dabant ποιηφαγούντες.

11. Ἀνάγκαις ἔλαβον.] Ἀνάγκαις ſervo, ſed ἀνέλαβον *Iosepho* adſcribendum puto. REISK. Et ſic *Euseb*: ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον *Iosephus*. a quo in ſequentibus etiam deſceſcit Noſter.

12. Σκαλίδα διδόναι —] Σκαλίδα exponit *Ioseph*: τὸ διδόνον ὑπ' αὐτῶν ἑξινιδιον τοῖς νεοσυτάοις, ubi de notabili hoc more, e lege *Moiſ*: Deut. XXIII, 13. deſumpto, *Interpret*.

13. Θακεύουσιν.] Bene *Hefych*: θακεύουσι. κἀθνται εἰς τὰς χρεῖας. multa ibi V. D.

14. Ταῖς αὐγαῖς ἐνυβ. τ. θ.] Τοῖς τοιούτοις ἐν. malebat Vir Eximius ad *Charit*. IV, 2. non cogitans e *Ioseph*: haec eſſe ſarcienda. Inapte legebatur antea ταῖς αὐταῖς ἐνυβρίζ. τοὺς θεοὺς. ſed quod bene a V. D. emendatum eſt. Vid. *Haverc*. ad *Ioseph*. Nec ſecus *Euseb*: nihil itaque eſt cur ἐνυβρίξιν loco

moveamus, quod in ἐνυβρίξιν verterat *Valent*. Apud *Ioseph*: nempe invenerat ἐνυβρίξιν. *Cod. Lipſ*: dat ἐνυβρίξιν τοὺς θεοὺς. poſtrema, cum & *Edd*. ceterae & *Felician*. quoque agnoſcat, proſcribere non auſus fuiſſem. *Porph*. Graecorum more locutus fuit. Conſtructio tamen melius patitur τοῦ θεοῦ. nam duriusculum videtur dictum, ſive cum *Felic*. veritas, ſive, ne ſplendore (vel per ſplendorem) Deos contumelia adſciant, ne ipſos Deos contumelia adſciant, dum adſciant ſplendorem eorum. De reverentia quam Soli praeſtabant Eſſeni, dictum eſt ſupra.

15. Τῇ ἐβδομάδι.] Ἐν ἐβδομάδι emendat *D'Orvill*: ad *Charit*: IV, 2. *Sabbathi die*, non tota hebdomade. ἐν τῇ ἐβδομάδι habet *Euseb*: eodem redit. utique ſabbathi dies, vel ſeptimus ſignificatur. Is Graecis ἐβδομάς, nam ſeptimanae ſignificationem poſtea induit, qua de re *Salmaſ*. Exere. Plin. p. 431.

16. Οἱ δὲ τῆς ἀσκ.] Immo vero ἐν δὲ τῆς ἀσκ. ut bene *Euseb*: *Lipſ*. ac *Meerm*. *Codex*. mox bene λυγίζονται, quae vox a

flo-

τερίαν, ὡς σφρεβλούμενοι, καὶ λυγίζόμενοι, καὶ καύμενοι, καὶ διὰ πάντων ὀδεύαντες τῶν <sup>17</sup> βασανιστηρίων ὀργάνων, ἢ βλασφημῆσιν τὴν νομοθέτην, ἢ φέγωσι τῶν ἀσυνήθων, οὐδ' ἕτερον ὑπομένειν. διέδειξαν δὲ τοῦτο, ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ. ἐπεὶ οὐδὲ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζόμενους, ἢ δακρύσαι ὑπομένοντας, μειδιῶντες δ' ἐν ταῖς ἀλλοτρίοις, καὶ <sup>18</sup> κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους πρσφερόντων, το εὐθυμοὶ τὰς ψυχὰς ἠφίσταν, ὡς πάλιν κομιούμενοι· καὶ γὰρ ἔρρωται παρ' αὐτοῖς ἡδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθάνατους ἀεὶ διαμένειν, καὶ <sup>20</sup> συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτῶσας αἰθέρος, ῥύμη φυσικῇ

κα-

am sibi compararunt, ut torqueri, & flammis & igne accendi & omni demum cruciatuum genere affici potius sustineant, quam uel legislatori suo maledicere, uel comedere quicquam uelint, quod praeter consuetudinem suam sit. Id quod in bello aduersus Romanos praecipue conspectum est: cum neque adulari iis qui ipsos cruciarent, neque lacrymas effundere ullas paterentur, sed subridentes in tormentis, & dissimulatione ad eos utentes qui supplicia inferrent, alacriter quasi rursus recepturi animas emitterent. Ea enim opinio rata apud ipsos est, sicut corpora corruptioni esse obnoxia & materia instabili & caduca constare, ita animas esse immortales, ac perpetuo durare: ac cum ex tenuissimo aethere discur-

rec-

flexendo & torquendo transit in significatum cruciandi. V. ad L. I, 33. & *Kußer.* ad *Smid.* in V. pro καύμενοι *Ioseph:* καύμενοι.

17. Βασανιστηρίων ὀργάνων —] Plenius hoc dictum, cum apud alios substantivum passim omittatur, ut observat *D'Orville:* ad *Charit:* IV, 2. Dein *Ioseph:* & *Euseb:* ἵνα ἡ βλασφημία. Prior ille τί τῶν α. οὐδέτερον sed cum Nostro facit *Euseb:* τι ὑπέμειναν παλαιῶν οὐδέτερον ὑπομένειν. τι tamen ante τῶν α. etiam adsciscens. ἵνα itaque ante βλασφημίαν. (pro quo *Lips.* perperam βλασφημίῳ) inferendum, vel animo supplendum. Statim apud *Euseb:* ἐπεὶ δ' οὐ καὶ. quod correctum in ἐπειδὴ.

18. Κατειρωνευόμενοι.] Adscriptum est *Cod. Lips.* hoc Scholium μεγαλοφρονῶντας, ὑπερήφανοι, νῦν δὲ προσποιούμενοι. Nihil horum omnium satis neque aptum, neque dilucidum. *Raisk.* Idem Scholion adscriptum *Meerm.*

qui male καταπαρόμενοι.

19. Εὐθυμοὶ τὰς ψυχὰς —] Prorsus ut Germani apud *Arrian:* θανάτου καταφρονεῖται δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως in Celtic. p. 1192. quo loco iam usum video Cel: *Wesseling:* ad *Diod:* V, 28. ubi de Gallis, Pythagorae dogma de immortalitate animae sequentibus, similia narrantur. Vocem αὐτῶν post μόνιμον *Meerm.* delet. *Ioseph:* αὐτοῖς.

20. Συμπλέκεσθαι ἐκ τοῦ λεπτ. αἰθ.] Nota opinionem Iudaeorum, quam Pythagoram, iuxta alias per populos orientales sparsas adoptasse & in alios propagasse novimus. sed magis mirari quis posset, quo modo haec sententia cum illa quam de animae immortalitate tuebantur, quamque recte Noster iis contribuit, conciliari possit. sed illi meminint, veteres credidisse, non omnem dis-

si-

rentes fluxu naturali detractae corporibus coniunctae ſint, ubi e car-  
neis uinculis relaxatae fuerint, quaſi  
a longa ſeruitute liberas, tunc iam  
gaudere ac ſublimis ferri. Ex hu-  
iusemodi porro uictu atque hac in-  
ueritate & pietate exercitatione me-  
rito fit, ut ex ipsis multi reperiantur  
qui & futura praenoscant, utpote  
in libris ſacris, & uariis caſtimo-  
niis, & prophetarum enunciatis ab  
ineunte aetate uerſati, & raro in  
praedictionibus aberrant. Atque Es-  
ſaeorum quidem apud Iudaeos ſecta  
huiusmodi eſt.

§ 14. Omnibus ſane erat interdictum  
ne ex ſuilla carne ederent aut piſcibus  
ſquammiſ carentibus, quos carthilagi-  
neos uocamus, aut ex iis quadrupedibus  
quae

καταſπωμένας. <sup>21</sup> ἐπειδὴν δὲ ἀνεθώ-  
σιν τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον  
δὴ μακρᾶς <sup>22</sup> δουλείας ἀπηλλαγμέ-  
νας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρου  
φέρεισθαι. <sup>23</sup> ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης  
διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ  
τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως  
ἐν αὐτοῖς πολλοὶ, οἱ καὶ τὰ μέγ-  
λυντα προγινώσκουσιν, ὡς ἂν βί-  
βλοις ἱεραῖς, καὶ διαφόροις ἀγνεί-  
αις, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν  
ἐμπαιδοτριβούμενοι, <sup>24</sup> σπάνιον μέν-  
τοι ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀσχοῦ-  
σιν. Τοιοῦτο μὲν, τὸ τῶν Ἑσσείων  
παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τέγμα.

§ 14. Πᾶσινγε μὴν ἀπηγόρευτο ἵ-  
ὸς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀφολι-  
δῶτων, ἢ σελάχια καλοῦσιν Ἑλλη-  
νες, ἢ τι τῶν μωνύχων ζώων. <sup>2</sup>

ſipari materiam, aliquam eſſe vivam ac pe-  
rennem. de quo argumento alii. *Iosephus* il-  
la ῥύμη φ. κ. alio modo efferit.

21. Ἐπειδὴν δὲ ἀνεθῶσιν.] Dubium nullum eſt  
legendum eſſe ἀνεθῶσιν. Saepissime in Codice  
*Porphyrrii Lips.* α & ε inter ſe permutata  
reperi. Reisk. Bene ſic etiam *Moerm.* &  
correxerat *Fogeroll*: nec ſecus *Ioseph*: &  
*Euseb*: iure itaque ſuum Malcho reddidi.  
ſtatim pro εἶν habet οἷα *Euseb*.

22. Δουλείας ἀπηλλαγμένας.] Proſus uti in  
*Epiſt.* ad Hebr. II, 15. ἀπαλλάξῃ δουλείας.  
ſic enim ibi mihi conſtruendum videtur, ut  
ſupra dixi, non ἀπαλλάξῃ τοῦ φόβου, quod  
ſubintelligere, & exemplis adſtruere ſolent.

23. Ἀπὸ δὲ τῆς &c.] Haec etiam *Iosephi*,  
ſed quaſi *Porphyrrii* eſſent, uſque ad finem  
huius §. exſcripſit *Cyrill*: contra *Iulian*: L.  
V. p. 180. B. Mox *Lips.* ſimpliciter γινώ-  
σκουσιν, ſed in προγινώσκουσιν conſpirant omnes

reliqui.

24. Σπάνιον μέντοι —] *Ioseph*: σπάνιον δὲ  
εἶποτε λ. τ. π. ἀσχοῦσιν. ut Noſter *Euseb*:  
niſi quod pro μέντοι ibi ſit δὲ εἰ. *Cyrill*: etiam  
σπάνιον δὲ ἐν τ. π. ἀσχοῦσιν. Vocem ἀσχοῦσιν  
elegantèr inluſtrat Doct. *Kyrk*: ad *Paul*.  
1 Tim. I, 6. qui *Iosephi* hoc loco utitur.

1. Τὸς ἐσθίειν ἢ ἰχθ. ἀφολιδῶτων.] De ſuiſibus  
V. ſupra L. I, 14. de piſcibus legem divi-  
nam apud *Moiſ*: Levit. XI, 10. ſquammae  
piſcium proprie λεπίδες, ſerpentum φολίδες  
dicuntur. Vid. *Cel. Valkenar*: ad *Herod*:  
VII, 61. Φολιδῶται ἰχθύες noti ſunt e *Suida*.  
noſtrum conpoſitum Lexica ignorant. Schol.  
*Orriani*. Halieut. I, 638. τὰ μαλάκια — ἢ  
φολιδῶσά τε καὶ ἑλεπίδωτα. τὰ δὲ σελάχια ἦτοι  
τὰ ὀσώδη μὲν, ἀφολιδῶτα δὲ καὶ — uti No-  
ſter, σελάχια etiam vocari dicit. De μωνύχων  
vide ſupra § 7.

2. Ἀπηγορεύετο δὲ καὶ μὴ.] *Cod. Lips.* &  
*Moerm.*

ἀπαγορεύετο δὲ καὶ μὴ τὰ ἱκε-  
τεύοντα, καὶ οἷον προσφεύγον-  
τα ταῖς οἰκίαις ἀναιρεῖν, οὐχ  
ὅτι μὴ ἐσθίειν. 3 οὐδὲ νεοττοῖς  
ἐπέτρεψεν ὁ νομοθέτης τοὺς γο-  
νέας συνεξαιρεῖν, φεῖδεσθαι δὲ  
κελεύει καὶ 4 τῇ πολεμίᾳ τῶν  
συνεργαζομένων ζώων καὶ μὴ  
φονεύειν. καὶ οὐκ ἐφοβήθη μὴ  
5 πληθύναν τὸ γένος τῶν μὴ  
θυομένων ζώων λιμὸν ἐργάσεται  
τοῖς ἀνθρώποις· ἦδει γὰρ πρῶτον  
μὲν, ὅτι τὰ πολύτοκα, καὶ  
ὀλιγοχρόνια. ἔπειτα ὡς πολὺ τὸ  
ἀπολλύμενον, ὅταν μὴ τύχη  
τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμελείας. καὶ  
μὴν καὶ ὅτι ἐστὶν ἄλλα ζῶα,  
ἃ τῷ πληθύνοντι ἐπιτίθεται. τε-  
κμήριον δὲ, ὅτι πολλῶν ἀπε-  
χόμεθα, οἷον σκυρῶν, σκωλή-  
κων,

quae ungulam solidam haberent. Vetitum quoque ipsis erat interficere, nedum comedere ea animalia quae quasi supplicarent, atque ad domos confugerent. Parentes item una cum pullis occidere legislator non permittebat. Parcendum quoque uel in hostili regione animalibus iusserat, quae nobiscum cooperarentur, cauendumque a caede eorum perpetranda. neque uerebatur, ne in nimiam copiam excrescens animalium genus, quae non mactarentur, hominibus famem induceret. quippe qui optime nosset, primum multipara eius naturae esse, ut breui tempore durarent. deinde, multa esse animalia quae si cura hominum destituantur, facile intereant: alia praeterea esse quae multitudini excrescenti resisterent. Cui rei illud argumento est, quod licet a multis abstinenceamus, ut puta la-

cer-

*Meerm.* ἀπηγ. δὲ καὶ μηδὲ. Voculam μὴ passim addi ἀπαγορευτικοῖς translatitium est, & supra iam observatum. Passeres supplices qua religione apud veteres fuerint, vidimus L. III. § 15. quibus adde *Menag.* ad *Diog. Laërt.* IV, 10. Sed an *Moses*, uti *Malchus* significat, de supplicibus animantibus non reiiciendis legem quoque tulit? Utique Iudaeorum magistri ita praeceperunt. *Philo* de Relig. Mos. Reip. forma. μὴ ζῶων ἱκεσίαν, οἷα ἐστὶ ὅτε προσφευγόντων ἀναιρεῖν apud *Euseb.* P. E. p. 359. B.

3. Οὐδὲ νεοτ. ἐπετρ. ὁ νομοθέτης —] Legem habemus apud *Mosē* Deuter. XXII, 16. quo modo Pythagoras suam in animantes rationis expertes mansuetudinem e divino instituto acceperit, differentem lege *Clem.* *Alex.* Strom: L. II. p. 400.

3. Θίνας καὶ ψάμμον.] *Cautes & arenas* dedit interpres, cum ſecundum Grammaticorum praecepta, θίνας proprie dicant Graeci τοὺς ἀμμώδεις αἰγιαλοὺς, non πετρώδεις, qua de re *Casaub.* ad *Strabon.* L. VIII. p. 128. & mox etiam diſtinguuntur.

4. Ἐπὶ δὲ τῶν πετρῶν.] Id etiam dixit L. I. § 13.

5. Τινὰ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐξηγῶν.] *Aristoteli* & aliis ἀνθρώπος ζῶον ἡμερον φύσει. humanitatis tamen illum ſenſum quaedam gentes exuiſſe videntur, de quibus iuris naturalis interpretes debent conſuli. Lege *Grot.* de Iur. B. & P. L. I, 1, 12.

6. Ἀνθρωπίνης καταψ. φύσεως.] Ita καταψεύδεσθαι φύσεως L. I. § 36. ubi vide. ſaepe etiam φύσις ἀνθρωπίνη. Vide ad I, 9.

7. Ἄλλης ἡμερότητος.] Imo vero ἀγριότητος. REISK. *Valent.* correxerat ἀνήμερότητος. Vulgatum ſine dubio vitioſum eſt, licet omnium codicum auctoritate munitum. Proximo ad vulgatum accedes, ſi legas θηριότητος. uti φύσις θηριώδης paullo ante dicitur. vitioſitatis conſummatiffimae genus θηριότητα adpellat *Aristot.* V. *Casaub.* ad *Aibon.* I, 16.

8. Ἰσοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ —] Haec uſque ad illa καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήſας exſcripſit *Euseb.*, ſed ſuppreſſo auctoris nomine, L. I. P. E. p. 11. D. Latine etiam tranſtulit, licet haud optime, (uti ſtatim *qui adnotatione moriuntur*, id enim non eſt αὐτομάτως, ſenſum licet recte exprimat) *Hieron.* L. II. Adv. Iovin. c. 7. Tangunt & alii mores illos, de quibus ibi V. D. in notis, & *Fabric.* ad *Sext. Empir.* Pyrrhon: Hyp. III, 24. p. 184. Per Euangelii doctrinam barbaram il-

lam

κείων τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαν-  
τας. διὸ καὶ φθάσαντες καταθύου-  
σιν καὶ ὁ ἐσιῶνται τῶν φιλάτων  
τοὺς γεγηρακότας. <sup>10</sup> Τηβαρῆνοὶ δὲ  
ζῶντας κατακρημνίζουσιν τοὺς ἐγ-  
γυτάτω γέροντας. Ἑρκάνιοι δὲ καὶ  
Κάσπιοι, <sup>11</sup> οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ  
κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ  
δὲ

miserrimos qui naturali morte e uita  
decesserint : atque iccirco senes suos  
praeuenientes mactare ac comedere.  
Tibareni propinquissimos suos senes ad-  
huc uiuentes e rupibus praecipitant.  
Hyr cani & Caspii , alii uiuentes ,  
alii mortuos auibis & canibus de-  
uorandos exponunt. Scythae uiuos  
si-

Iam consuetudinem sublatam dicit *Theodor*:  
Serm: de Leg: p. 615. & *Euseb*: P. E. I. p.  
11. Romanorum institutis tribuit *Plin*. XXX,  
1. Legi autem merentur quae ad excusandos  
Scythas, quorum ἀνθρωποφασία passim nota-  
tur, scripsit Doct: *Pelloutier*: Hist: Celt: L.  
II. c. 3. Quum nihil sit optabilius quam na-  
turae fato decedere, mireris merito in genti-  
bus nonnullis insanum illum violentae mor-  
tis amorem. Quod ipsi sibi fatum maturave-  
rint, id quidem gloriae studio contribui po-  
test. *Quippe omnis in armis Lucis caussa  
sita, & damnatum vivere paci*, ut de Can-  
tabris *Sil. Ital*. L. III, 320. Cimbri & Celti-  
beri in acie gaudio exultabant, tanquam  
gloriose & feliciter vita excessuri: lamen-  
tabantur in morbo, quasi iurpiter & mi-  
serabiliter perituri. *Val. Max*. II, 6, 11.  
Quod vero suis vitam eriperent, id ex per-  
suasione ista, qua post hanc vitam feliciores  
beatioresque credebant illos, qui tali modo  
periissent. De Thracibus *Solin*: c. 10. *con-*  
*cordant omnes ad interitum voluntarium,*  
*dum nonnulli eorum putant obeuntium a-*  
*nimas reverti, alii non exstingui, sed*  
*beatas magis fieri*. Confer etiam *Pelloutier*:  
I. I. L. III, 18.

9. Ἐσιῶνται τῶν φιλάτ. τοὺς γεγηρ.] Mas-  
sagetas parentes ἐσθίειν dicit etiam *Sallust*: de  
Mund. c. 9. Si ad extremam senectutem per-  
uenissent, obtruncabant ac devorabant, si  
morbo exstinguerentur, tumulo condebant.  
Conf. V. D. ad Fragm. Pythag. apud *Galeum*  
Op. Myth. Physf. & Eth. p. 713. Nota etiam  
vocem καταθύνειν qua significanter utitur, vult  
enim senes istos tanquam victimas fuisse ma-  
ctatos. Est quippe καταθύνειν Diis in altari vi-

ctimas obferre, quarum pars comedebatur.  
Vid. *Periz*: ad *Aelian*: V. H. IV, 1. Pro  
φθάσαντες *Cod. Meerm. φθάναντες*.

10. Τηβαρῆνοὶ δὲ ζῶντ. —] Tales Cantabri  
apud *Sil. Ital*. L. III, 318.

*Mirus amor populo, cum pigra inca-*  
*nuit aetas,*

*Inbelles iam dudum annos praevertere*  
*saxa.*

qui Nostro Τηβαρῆνοὶ *Eusebio* Τιβάροι. *Theodor*:  
Τιβαρῆνοὶ vocantur, eoque modo plerumque  
effertur & h. l. sic *Meerm*. licet in nomine  
illo passim variant codices. Conf. V. D. ad *Steph*:  
*Byzant*: in V. & *Wesseling*: ad *Diod*: L. XIV,  
30. Male autem haec vertit *Hieron*: Tibareni  
quos dilexerint senes suspendunt in patibulis,  
cum debuisset praecipitant, ut *Coteler*: ad  
Recogn: Clem: T. I. P. A. p. 584. & alii nota-  
runt. solent tamen vocabula illa confundi. cer-  
te simplex κρημνίζω & κρημνισμὶ idem aliquando  
est quod κρεμάω suspendo, qua de re *Kuhn*: ad  
*Diog*: *Laërt*: VI, 50. *Barnesi*: ad *Eurip*:  
Herc: Fur: 520. & alii. Utique apud Schytas  
sepulturam beatam fuisse habitam, ut cruci  
aut palo mortui suffigerentur, praeter alios do-  
cet *Plut*: T. II. p. 499 C. Colchi pellibus in-  
futos ex arboribus suspendunt apud *Aelian*:  
V. H. IV, 1. quod tamen de solis viris intelli-  
gendum esse suadet *Apollon*: *Rhod*: L. III, 203.  
Neque Germanis, Schytarum soboli, infoli-  
tum fuisse laqueo vitam finire, docet Barde-  
sanes apud *Euseb*: P. E. L. IV. p. 277. D.

11. Οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν —] Hyrcano-  
rum illam inmanitatem multi notarunt. Vid.  
*Menag*: ad *Diog*: *Laërt*: VI, 79. Hyrcanios  
& Caspios hominum cadaveribus se alere di-  
cit *Theodor*: p. 615. quod paululum abit a  
No.

ſimul ſepeliunt, & ſupra rogum iugulant eos, quos mortui praecipue dilexerunt. Baſtriani eos qui conſenuerunt, uiuos canibus proiiciunt. Quam quidem conſuetudinem cum abrogare tentaffet Staſanor Alexandri praefectus fere imperium amiſit. Sed ſicut neque horum exemplo humanitatem erga homines exuendam cenſuimus, ita neque ſequi eas nationes debemus, quae neceſſitate carnibus uſcuntur. Sed illi imitandi nobis ſunt qui pie ſe gerunt, diis ſue magis addicti uitam traducunt. Male enim uiuere & non prudenter & temperanter & ſancte, Democrates eſſe non male uiuere, ſed diu mori aſſerebat.

§ 22.

Noſtro. Verum & Hyrcanis, & Baſtriis, de quibus Noſter idem ſtatim adfirmat, nec aliud Oritis ſepulturae genus plerique tribuunt. Conf. *Weſſeling*: ad *Diod*: L. XVII. c. 105. De Perſis id quoque ſignificat *Theodoret*: Serm: de Leg. p. 614. Illas itaque gentes reſpicit *Euseb*: D. E. L. IV. p. 161. C. & L. V. p. 205. B.

12. Σκύθαι δὲ —] Supra L. III, 17. Scythae dicuntur τοὺς πατέρας ἐσθίμενοι. Sed uti nomen latiffime patebat, ſic diverſi etiam in hiſce erant mores. conſtat enim Scythiſ etiam, ut & Indiſ, aliisque gentibus in more fuiſſe poſitum ſuos comedere, qua de re *Periz*: ad *Aelian*: V. H. IV, 1. de Maſſa-geriſ & Derbicibus ſtatim id Noſter dixit.

13. Σταſάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου —] Significatur Staſanor, unus de amicis Alexandri M. qui poſt illius obitum etiam provinciam fortitus fuit, de quo *Strabo*, *Diod*: Sic: & alii. Vid. *Meurf*: in Cypr: L. I, 25. & II, 31. male apud *Iuſtinum* L. XIII, 4. vocabatur *Statanor*. ſed verum nomen iam reddiderunt interpretes. *Fabrio* ad *Sext*.

δὲ τεθνεώτας. 12 Σκύθαι δὲ ſυγκατο-ρύττουſιν ζῶντας, καὶ ἐπιſφάττουſι ταῖς πυραῖς, οὓς ἡγάπων οἱ τεθνεώ-τες μάλιſτα. καὶ Βάκτριοι μέντοι κυſτὶ παραβάλλουſι ζῶντας τοὺς γεγηρακό-τας. καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήſας καταλῦſαι 13 Σταſάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου ὕπαρχος, μικροῦ τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλεν. ἀλλ' ὅσ-περ οὐ διὰ τοῦτους τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἡμερότητα κατελῦſαμεν, οὕτως οὐδὲ τὰ δι' ἀνάγκην ſαρκοφα-γοῦντα ἔθνη μιμηſόμεθα, τὰ δὲ εὖσε-βῇ καὶ 14 θεοῖς μᾶλλον ἀνακείμενα. τὸ γὰρ 15 κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως καὶ ſωφρόνως καὶ δόſιως 16 Δημοκρά-της ἔλεγεν οὐ κακῶς ζῆν εἶναι, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήſκειν.

B b b

§ 22.

*Empir*: Pyrrhon: Hypoth: L. III, 24. p. 179. ex *Hieronymo* citatur *Nicanor*.

14. Θεοῖς μᾶλλον ἀνακείμενα.] Notum loquendi genus. ἀνακείσθαι θεοῖς dicuntur ea omnia quae Diis ſunt devota ac dicata. ita *Salluſt*: de Mund: apud *Galeum* Opuſc: Myth: Phyſ: & Eth: p. 248. & alii. Explicat *Clem*: *Alex*: μόνους δ' ἐξῆν ἐπιβαίνειν τοῖς ἱερωμένοις, τοῦτοιſι, τοῖς ἀνακειμένοις τῷ Θεῷ. *Strom*: L. V. p. 555. C.

15. Κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως —] Uti ſupra iunguntur ſώφρων, καὶ δόſιος, καὶ δίκαιος. L. II. § 60. ubi vide. Sententiam ipſam egregie inluſtrarunt *Cauſaub*: ad *Perſ*: Sat. V, 152. & *Gaiak*: ad *M. Anton*: L. IX. § 2. qui nec huius loci fuerunt obliti.

16. Δημοκράτης.] Forte Δημόκριτος. ego quidem illum Democratem ignoro. Reſtk. Nomina ſane haec librariorum incuria ſaepe confunduntur. *Democratis* Aur: Sentent: Pythag: habemus apud *Galeum* in Opuſc: Myth: Phyſ: & Eth: & plures huius nominis reſenſet *Fabriz*: *Bibl*: Graec: II, 13.

L.

§ 22. Λοιπὸν δὲ κατὰ ἄνδρα  
ὀλίγας μαρτυρίας τῆς ἀποχρῆς πα-  
ραφέρωμεν· ἐν γὰρ καὶ τοῦτ' ἦν τῶν  
ἐγκλημάτων. Τῶν τοίνυν Ἀθηναίων νο-  
μοθετῶν, Τριπτόλεμον παλαιότατον  
παρειλήφαμεν. ἔπερὶ οὗ Ἑρμιππος  
ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γρά-  
φει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον  
Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. καὶ τῶν νό-  
μων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι \* Ξενοκράτης  
ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευ-  
σίῃ τοὺςδε. † Γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς  
‡ καρποῖς ἀγάλλειν. § Ζῶα μὴ σί-  
νεσθαι. τοὺς μὲν οὖν δύο, καλῶς  
παραδοθῆναι· δεῖ γὰρ τοὺς μὲν γο-  
νεῖς, εὐεργέτας ἡμῶν γεγενημέ-  
νους,

§ 22. Restat, ut singulorum uiro-  
rum pauca quaedam abstinentiae te-  
stimonium proferamus. Vnum enim  
etiam hoc erat, quod obiciebatur.  
Legislatorum Atheniensium Triptole-  
mum uetustissimum fuisse accepimus:  
de quo Hermippus in secundo de le-  
gumlatoribus libro in hunc modum  
scribit: Aiunt etiam Triptolemum A-  
theniensibus leges sanxisse. Ex legibus  
eius tres adhuc sanctiones Eleusi exta-  
re Xenocrates Philosophus asserit. Pa-  
rentes honorare: Deos fructibus cole-  
re: Animalia non laedere. ac duo quidem  
recte fuisse instituta ait. debemus enim  
& parentibus, quippe qui de nobis opti-  
me

1. Περὶ οὗ Ἑρμιππος ἐν δευτέρῳ —] Sic c-  
tiam Diog: Laert: in Pyth: citatur ἐν δευ-  
τέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν. Ἑρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ  
περὶ νομοθετῶν laudat Origen: Contr. Cellsum  
L. I. p. 333. Plures fuerunt huius nominis.  
ac Smyrnaeo quidem illum librum περὶ νομο-  
θετῶν tribuit Vossius de Histor: Graec: I, 16.  
alio tamen in loco Hermippo Bergio, qui  
vixit tempore Imperatoris Hadriani. De quo  
errore Spencer: ad Origen: I. laud. Ad c-  
tiam Fabric: Bibl: Graec: L. II, 14, 17.

2. Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος.] Et huius nomi-  
nis diversi fuerunt, atque inter illos Xeno-  
crates medicus Aphrodisiensis, qui scripsit  
περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, seu, ut Clem:  
Alex: Strom: L. VII. p. 717. dicitur περὶ τῆς  
ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, de quo & aliis lege  
Fabric: Bibl: Graec: L. III. c. 3. Vertit haec  
Hieron: L. II. Adv: Iovin: 14. Xenocrates  
Philosophus de Triptolemi legibus apud A-  
theniensēs tria tantum praecepta in templo  
Eleusinae residere scribit: honorandos pa-  
rentes, venerandos Deos, carnibus non  
vescendum. Postrema illa non satis recte,  
ut statim dicitur.

3. Γονεῖς τιμᾶν.] Posses quoque connectere  
τοὺς δε γον. τ. ut Cod. Moerm. & Marsbam:  
Can: Chron: Sec. IX. qui hoc cum Hebraeo-  
rum praeceptis componit. Pulcre Eurip: in  
Antiope: 42.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρὴ σ' ἀσκεῖν ὃ τέκνον.

Θεοὺς τε τιμᾶν τοὺς τε θρέψαντας γονεῖς.

Νόμους τε κληροῦς. Ἑλλάδας.

Putabat V. D. legem hanc ante oculos habuisse  
Menandrum in Fragm. p. 238.

Νόμος γονεῦσιν ἰσολέους τιμὰς νέμειν.

Sed praeceptum hoc plerisque populis est  
frequentissimum.

4. Καρποῖς ἀγάλλειν.] Ἀγάλλειν saepe ex-  
primit cultum quem summo Numini aut aliis  
debemus, adeoque satis recte ab Hieronymo  
versum est. Salvinius tamen ad Petiti Leg.  
Attic. I, 1. p. 68. potius vertebatur Deos  
frugibus hilarando, quam egregie versio-  
nem ibi adseruit Wesfalingius.

5. Ζῶα μὴ σίνεσθαι.] Hieronym: dabat car-  
nibus non vescendum. Latius haec patent.  
vetantur quippe animalium victimae. Res  
clara ex illis quae brevi post sequuntur,  
διὰ τὸ πρῶτον τοῖς καρποῖς — εἰ μὴ γίνου-  
το

ne meruerunt, viciffim pro uifibus gratias reddere: & diis ex iis quae utilia ad uitam nobis largiti ſunt, primitias offerre. De tertio inquirendum putat, quid ſibi uoluerit Triptolemus cum ab animalibus abſtinendum praeceperit. utrum quia omnino eſſe indignum opinabatur, ut cognata interſcerentur: an quia euenire animaduerte-  
 bat, ut utiliſſima animalia in cibum ab hominibus ſumerentur. Cum uellet itaque mittem hominum uitam reddere, dediffe operam, ut quae cum hominibus degerent animalia, maximeque eſſent manueta, conſeruarentur. Niſi fortaffe quia cum fructibus deos coſtendos iuſſiſſet, cultum hunc magis ratum fore exiſtimarit, ſi diis ex animalibus ſacrificia minime fierent. Cum uero multae etiam aliae cauſae huiusce ſanctionis a Xenocrate non admodum exquisitae illae quidem afferantur, nobis tantum ex his illud fatiſ eſt, quod hoc inſtitutum a Triptolemo etiam fuiſſe conſpicitur. Vnde poſtea iniuſte ſe gerentes ubi animalium eſum ag-  
 gres-

νους, ἀντευποιεῖν ἐφ' ὅσον ἐνδέ-  
 χεται τοῖς θεοῖς δὲ, ἀφ' ὧν ἔ-  
 δωκαν ἡμῶν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον,  
 ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι. περὶ δὲ τοῦ  
 τρίτου διαπορεῖ τί ποτε διανοηθεὶς  
 ὁ Τριπτόλεμος παρήγγειλεν ἵνα  
 ἔσθθαι τῶν ζώων. πότερον γάρ, φη-  
 σιν, ἕλωε οἰόμενος εἶναι δεινὸν τὸ  
 ὁμογενὲς κτείνειν, ἢ συνιδῶν, ὅ-  
 τι συνέβαπεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὰ  
 χρησιμώτατα τῶν ζώων εἰς τροφήν  
 ἀναιρεῖσθαι, βουλόμενον οὖν ἡμέρον  
 ποιῆσαι τὸν βίον, πειραθῆναι καὶ  
 τὰ συνανθρωπεύοντα καὶ μάλιστα  
 τῶν ζώων ἡμέρα, διασώζειν. εἰ  
 μὴ ἄρα διὰ τὸ προσάξει τοῖς καρ-  
 ποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν, ὑπολα-  
 βὼν μᾶλλον ἢν διαμεῖναι τὴν τιμὴν  
 ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιτο τοῖς θεοῖς  
 διὰ τῶν ζώων θυσίαι. πολλὰς δὲ  
 αἰτίας τοῦ Ξενοκράτους καὶ ἄλλας  
 οὐ πάνυ ἀκριβεῖς ἀποδιδόντος, ἡ-  
 μῖν αὐτάρκες τοσοῦτον ἐκ τῶν εἰρη-  
 μένων, ὅτι τοῦτο νενομοθέτητο ἐκ  
 τοῦ Τριπτολέμου. ὅθεν ὕψερον πα-  
 ρανομοῦντες, ὅτε ἤψαντο τῶν ζώων  
 με-

B b b 2

το τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. Conf: *Wesseling*: ad *Petili Leges A. L. II*, 4. p. 245.

6. Ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι.] Mos vetuſtiſſimus, ut Deos Deasque oblatiſ frugum primitiis venerarentur. quod e *Noſtro* quoque oſten- dit Vir Praeclarus ad *Diod.* L. I, 14. In gente Hebraea idem uſitatum fuiſſe ſacrae tabulae docent, idque ὑποθέσει δουλεύων, ex antiquiſſimo illo primitias obſerendi more derivat *Spencer*: Leg. Rit. III, 9.

7. Ἀπέχεσθαι τῶν ζώων.] Non voluit Triptolemus animantia plane non occidi, neque in uſus alimenti humani traduci, ſed noluit tantummodo ea, quae utilia eſſent labori ruſtico ſublevando, exſcindī & exſtirpari. Exemplum hoc ergo videtur alienum. REISK.

8. Διασώζειν.] Huc uſque verba Hermippi, ſequentia ſunt Porphyrii. REISK.

9. Τὴν τιμὴν ταύτην.] Haec peſſime habita-  
 tu-

μετά πολλῆς ἀνάγκης καὶ ἁμαρτημάτων ἀκουσίῳ, ὥσπερ ἐπεδείξαμεν, ἐπὶ τοῦτο πεπτώκασιν. ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. <sup>10</sup> Θεσμός αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. <sup>11</sup> Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ <sup>12</sup> ἐπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, <sup>13</sup> πελάνους ἐπετείους. Τοῦ νόμου ἀπαρχαῖς καρπῶν, οἷς χρήται ὁ ἄνθρωπος, τιμᾶν τὸ θεῖον προσάττοντος <sup>14</sup> καὶ πελάνοις

gressi sunt multa cum necessitate, & peccatis inuoluntariis sicut demonstrauius, ad huiusmodi consuetudinem prolapsi sunt. Nam Draconis quoque lex huiusmodi memoriae proditur. Ius aeternum Atticam incolentibus quod ratum in omne tempus habeatur. Deos uenerationi esse & heroas indigenis in publico leges patrias sequentibus, & priuatim pro uiribus, cum bona uerborum auspicatione, & fructuum primitiis, libisque anniuersariis. Vbi primitiis fructuum quibus uescitur homo & libis uenerandum esse numen lex iubet.

fuerunt ab Editore Lugdun: & Cantabr: qui vocem τιμᾶν omiserant, quam in sedem suam reuocavi uti in *Edit. principe*, & *Cod. Lips.* ac *Meerm.* factum fuit. Pulcre etiam uidebat *Abreschius*. Paulo post τοῦτο ante νενομόνητο deerrat *Lips.*

<sup>10</sup> Θεσμός αἰώνιος.] Θεσμοὶ Athenis leges dicebantur, κατ' ἐξοχὴν autem haec Draconis, quia ab hoc vocabulo incipiebant. Lege V. D. ad *Aelian*: V. H. VIII, 10. & *Meurs*: in Solon: c. 13.

<sup>11</sup> Θεοὺς τ. κ. ἥρωας ἐγχωρίους.] Uti θεοὺς ἐγχωρίους & ἑτοπίους saepe veteres memorant, Vid. *Cuper*: Obs. L. III, 16. Saepe etiam iungunt θεοὺς καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, qua de re *Duker*: ad *Thucyd*: IV, 87. Quum autem haec Draco fanciverit parum adcurate *Max*: *Tyr*: Diss. IV, 10. scribit neque Solonem, neque Draconis leges tradidisse τί τὸ δαιμόνιον, πῶς δὲ τιμᾶν.

<sup>12</sup> Ἐπομένους νόμοις πατρίοις.] Petit, legit ἔμπονίμοις & lin. pen. καὶ πελάνους ἐπετείους. Vid. in Leg. Att. in princ. Mallem ἐπομένους. VALENT. Petiti lectio se probasse uidetur etiam Ampl: *Cupero* Obs. III. cap. 16. sed recte confutata a *Wesselingio* ad Leg. Att. p. 69. qui ἐπομένους, vel potius ἐπομένους restitu. *Cod. Lips.* ac *Meerm.* dant ἐπομένους, & sic restituebat *Davis*: ad *Cicer*: de Leg.

p. 36. ut monebat Clar. *Abresch*: cui voci in textu locum feci. Nam ridiculum illud ἐμποίοις, quod antea legebatur, e vitio typothetae Florentini stulto errore in sequentes editiones fuit derivatum, cum ille debuisset dare id, quod nunc uides. Bene πατρίους νόμους dicit, quod alii etiam πατρώους. Vid. ad L. 1. § 20. Nihil autem aeque studebant veteres quam ne legum id genus negligetur. Adscribam unice Socratis responsum apud *Xenoph.*, quia legem hanc Draconis respicere uidetur. Is interrogatus, an liceret cuilibet Deos pro arbitratu suo colere, respondebat: οὐκ, ἀλλὰ νόμοι εἰσὶ καὶ οὗς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. Vid. *Marcil*: ad Carm. Aur. Pyth. p. 344.

<sup>13</sup> Πελάνους ἐπετείους.] Immo vero καὶ πελάνους ἐπετείους, vel πελάνους ἐπετείους, uti dudum a viris Eruditis emendatum est, *I. Meurs*: Them. Att. I, 1. *P. Petitio*, quem sequitur *G. Cuper*: Obs. III, 16. & aliis. nihil tamen adiutamenti fert *Lips. Cod.* sed *Meerm.* id forte uoluit, nam οὗς non tantum, sed aliquando οὗς quoque, eo modo, quo hic fit, efferre solet. πέλανοι quid fuerint, Vid. ad II, 6.

<sup>14</sup> Καὶ πελάνοις.] Desunt in fine libelli non pauca, exempla scilicet virorum ex omni antiquitate Graeca & Romana illustrium, qui se carnibus abstinere, una cum peroratione. REISK.

F I N I S.

# CORRIGENDA ET INSERENDA.

Pag. I ad fin. not. Adde, de titulo Philosophi dictum est in Praefatione.

— 5 col. I lin. 32 quas si l. quasi.

— 6 — 1 — 14 ubi l. uti.

— 8 — 2 — 16 adde: sed & εἰπεῖν connecti potest cum ἔχομεν.

— 9 — 1 — 29 adde: Utitur hisce Clar: *Hoven*: ad Inscr: *Matth*: ut ostendat κατὰ frequenter ab antiquis adhiberi, cum aliorum sententias & verba laudant. Utinam quoque docuisset Vir Erud. κατὰ terfis Graecis adhiberi, cum libri alicuius auctorem significare velint.

— 16 — 1 — 16 ἀπείχοντο. l. ἀπέχοντο.

— 19 — 1 — 28 l. est. nihil addo &c.

— 21 — 2 — 26 τῶν l. τῶν.

— 23 — 1 — 4 postae. l. postea & paullo post, igitur pro gitor.

— 25 — 1 — 25 adde: paulo ante pro μὴ *Lipsi*. μὲν, male.

— 29 — 1 — 25 etit. l. erit.

— 31 — 1 — 32 firmant. adde: h. l. ἐνεκα forte sedem mutavit.

— 33 — 2 — 14 καὶ delendum.

— 31 — 1 — 31 adde: praeter auctores a *Spanb*: excitatos utitur quoque *Eurip*: *Hel*. 153.

— 41 — 1 — 9 ante paullo adde: *Cicer*. etiam L. II. de N. D. *Epicurus* & *Metrodorus*, & *Hermacbus* contra *Pythagoram* dixerunt.

— 45 — 2 — 16 πρόσον τ' l. πρόσοντ'

— 51 — 2 — 4 γενίσει. l. γενήσεται.

— 52 — 2 — 36 adde: latere in his videtur elegantia. γυμνοὶ *qui sine veste exteriori sunt*, bene iunguntur & ἀχίτωνες. sed & sic dicuntur illi *qui sine armis sunt*. venuste itaque pergit ἐπὶ τὸ εἰδέναι &c. conf. Clar. *Kioizium* ad *Tyrt*. p. 65.

— 60 — 2 — 26 οὐκ ἄλλ. adde: de qua voce & loco *Luc. Abreschius* Lect. *Arist*. p. 224. Rectius tamen lectus politissimus *I. Guilb*: *Knoop*, cuius memini in superioribus, καταδ. παλῶν explicabat passive ἐπὶ τῶν παλῶν. Sic certe Graeci ἐπὶ τῶν συμφορῶν &c. eo magis quia ἐπὶ statim sequitur. monebatque, apud Nostrum p. 72. ἐπὶ addi, ubi servandum putabat δουλ.

— contra p. 92. ἔχειν δρου καὶ μέτρον.

— 61 — 1 — 28 debet. l. delet.

— 65 — 2 — 30 claror. l. clarior.

— 72 — 2 fin. Adscriperat Doct. *Knoop*. , si quid mutandum, mallet *προσπλάκοντων*.

, sed neque hoc necessarium. nota est virtus activa aliquando. hoc modo intelligo, *qui est, quod illis causis errorum erat, connecebant istud, quod indifferens vocare solemus.* genitiv: pendet ab antecedenti *κυνικῶν*.

Pag. 73 col. 2 antepen. τὰς l. τοὺς.

— 75 — 2 — 31 Adscriperat *Idem Knoop*, an ita intelligenda? *Hic vero ratio, ni multa agere remittens, & negligens*, (*παρῆς* quippe ἀπὸ κοινῶν repeto) *ex illa*, id est ex ratione, *agere, quae agit*: dicit, pauca rationi agenda committit, & quae agit, negligit ex ratione agere.

— 79 — 2 fin: adde. Immo nec ἀνήδονος turbare necesse est. Optime locum sic constituebat Polit: *Knoopius*. Ostendat mihi aliquis *σπεύδων* — quo modo *κρεωφωγία* sit ἀνήδονος. cum tamen Philosophi in cibo, qui homini secundum rationem viventi conveniret, desiderarent, ne nimium palato placeret.

— 81 — 2 — 23 Vulgatum tuebatur *Knoopius*, *περιαιρ. τ. π. καὶ κουφισθέντων τοῦ βάρους*. per ellipsin τῆς ἐκ vel ἀπὸ verbi privandi virtute gaudentibus propriam.

— 85 — 2 — 33 Adde: utitur etiam *Synesi*: de Regn: p. 12. & *Eunap*: in Magn: p. 169.

— 89 — 1 — 10 diudicare l. diudicare.

— 102 — 1 — 9 περί θ. l. περί τῶν θ.

— 105 — 2 — 16 τε *luc*. l. τε αὶ *luc*.

— 112 — 1 — 6 ἤδη τ. l. ἤδη καὶ τ.

— 114 — 1 — 40 signentur l. signentur.

— 119 — 1 — 27 χειροῦσθαι. adde, ubi tamen non opus est ut per *interimere* veritas.

— 121 — 1 — 27 Adscriperat Polit: *Knoop*: , L. ἐνομαθέτησαν καὶ ταὶ γε τῆς , *χρεῖας ἐφ'* — τὸ τε εὖσ. — *Proinde*, *quidam usus pietatem & impietatem discernebant in uno & eodem boum genere*.

— 126 — 1 — 18 Πυθία l. ἡ Πυθία.

— 127 — 4 — 29 Amicus malebat, *λοι*, *πὰ πάντα τοῦ πυρὸς. reliqua ex frumetis*, *io*. nisi quis ἐπὶ βαμὲν τοῦ πυρὸς desendat, ara quae ignem inpositum habet.

— — — 40 Theophr. l. Theopomp.

— 138 — 2 — 38 ταύγμα. l. αὐτόγραμμα.

Pag-

# CORRIGENDA ET INSERENDA.

Pag. 144 col. 1 lin. 12 τ. *ἐνεκα*. l. τ. μὲν *ἐνεκα*.  
 — 150 — 2 — 36 Adde: Idem Amic: *Κηορ*: pro κηρύγματι mallet κηρύγμασι & κηρύμωτο pro κηρύμειον.  
 — 154 — 1 — 21 βῶν. l. βῶν.  
 — 156 — 2 — 32 δν — l. δν.  
 — 163 — 1 pen. fin. *ab ea* l. *ab eo*.  
 — 164 — 1 — 30 φαύειν. l. ψαύειν.  
 — 169 — 2 pen. fin. δῆ. adde: idque placebat *Κηορ*.  
 — 170 — 1 — 20 δρατοῖς ἀντ. l. δρατοῖς θεοῖς ἀντ.  
 — 177 — 2 — 18 πρῶτον λ. l. πρῶτον τὸ λ.  
 — 184 — 1 — 17 ἀπὸ l. ὑπὸ.  
 — fin. adde: illa in fin. §. καὶ ταύτην — λ. desiderantur in *Cod. Meerm.*  
 — 186 — 1 — 11 οὐκ γ. l. οὐκ ἐν γ.  
 — 220 — 1 — 3 παλαῖον l. τῶν παλ.  
 — 227 — 1 — 7 laratus l. latratus.  
 — 237 — 1 — 13 allis l. aliis.  
 — — 2 — 14 ἀκ — l. κα —  
 — 256 — 2 — 28 Adde: illis quae statim de ovibus dicit confer L. I, 21. *Cic*: 11. de N. D. non procul a fine. *quid enim oves aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiuntur? quae quidem neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum, & curatione potuissent.*  
 — 259 — 2 pen. Cleanthes. l. Chrysippus.  
 — 260 — 1 — 36 B. inferre: sed Chrysippi est, ut recte Auctor significat, & *Cic*: loc. statim indicando (L. II. de N. D. sub fin.) docet. memoriae itaque lapsu *Clem*: *Alex*: praeceptorem cum discipulo videtur confudisse.  
 — 266 — 1 — 2 κ. προσέχειν l. καὶ μνημονεύειν, καὶ π.  
 — 267 — 2 — 21 potuit. adde: καὶ τὰ tamēn est quoque in *Cod. M*sscripto *Meerm.*  
 — 270 — 1 — 26 Adscripserat *Κηορ*. , ita interpungenda puto. καὶ τοὺς παγ. ἐ. , τ. χ. & μελ. τ. σύμγξι, — καὶ τὴν — & , in ἀδοντες nihil muto, quod ad λέγουσιν , refero, uti μελιζόμενοι — ταῖς σύρ. ad , *ἐνακ.* cantantes dicant *Thriffam* *JeJe* , *fursum* tollere & *prodire*: id est canendo, vel dam canant, ita enim par-

, ticipia sensui inmitti notum.  
 Pag. 280 col. 1 lin. 5 δὲ l. δῆ.  
 — 283 — 2 — 27 adde: *Κηορ*: tuebatur, τὸ τὶ ζῶν. τὸ nempe singularem habet emphasin, neque inutile τὶ. adeo, ut dixerit admodum efficaciter: *nosque, istud quodcunque animal.*  
 — 284 — 1 — 5 ποίησεν l. ἐποίησεν.  
 — — 2 — 22 es- l. esse.  
 — 285 — 2 — 11 λῆ ψις l. λῆψις.  
 — — 17 πρὸ βατα l. πρόβατα τῆς.  
 — 287 — 1 — 22 ἐν ἐνδῶ. adde: recte, si coniungas *ἀνενδῶ*.  
 — 288 — 1 — 27 ναυλο. l. paulo.  
 — 296 — 2 — 5 omittique l. omittis-que.  
 — 321 — 2 — 6 θεοῖς l. τοῖς θ.  
 — 336 — 6 — 2 antepen. adde: circumspicte tamen in his versari debemus, haec enim calumnia facile illis inpingi potuit, cum facie ad orientem versa preces funderent.  
 — 343 — 2 — 31 *Oppian*: quem locum opportune mihi in memoriam vocabat *Amicus*, qui addebat, , Illa in medio P. 2. τὰ , *ἀκαίμονα* &c. levem a distinctione medici, nam requirunt, h. m. τὰ *ἀκαίμονα* — , *ἀνόςσα*. *Σελάχεα* λέγετα κ. τ. λ. Priora, pertinent ad interpretationem vocis *μαλάκεια*, reliqua differentiam inter *σελάχεα* , & *μαλάκεια* piscium genera docent.,  
 — 347 — 1 fin. Idem *Κηορ*: malebat οὐκ ἐπιζητοῖν *instituisse* , *persuasisse* in *placendo*.  
 — 351 — 2 — 8 ζῶδ. l. τοῦ ζῶδ.  
 — 354 — 2 — 22 adde: & sic ἐπίδοσις supra L. I, 29.  
 — 365 — 2 — 6 adde: & verf. 2. *Edd.* priores *Εὐρώπας*, & v. 4. *ἐνατὸν πτολίεθρον*.  
 Neminem morabuntur signa distinguendi, vel accentus quibusdam in locis male habiti. P. 7. ζην pro ζην. 13. ἦ pro ἦ. 20. ἐτέρων pro ἐτέρων. 35. ὑπὸ pro ὑπὸ. 36. οὗς pro οὗς. 77. ὅς pro ὅς. 98. καίόμενοι pro καίόμενοι. 99. οἰκεῖνσθαι pro οἰκεῖνσθαι & καὶ pro καὶ. 137. αὐτῇ pro αὐτῇ. 161. τῷ & γῇ pro τῷ & γῇ. 166. ἔκνουσι pro ἐκνουσι 264. ἦ pro ἦ. 288. αἰτίᾳ pro αἰτία. 372. λήμωττεν pro λημώττεν.

*E P I S T O L A E*  
**I. F. T H O M A E**  
**E T**  
**U. G. S I B E R I**  
**D E**  
**A P O S T A S I A P O R P H Y R I I**



Epistola I.

*Viro Plurimum Reverendo*

L. URB. GODOFREDO SIBERO,

S. P. D.

JOAN: FRIDRIC: THOMAS.

**N**on ex longinquo mihi repetendae sunt rationes, quibus confidentiam praesenti scriptione hominis obscuri nec de nomine quidem cogniti commissam excusationem ut habeas, multis apud Te, Vir Maxime-Reverende, explicem. Et meritorum Tuorum in rem litterariam aequae ut ecclesiasticam celebritas, & humanitatis Tuae singularis, qua meliores litteras earumque cultores ingenuos mirifice ornas & adjuvas, gloria fecit, ut illa de omnibus bene merendi voluntate Tua confusus hoc quicquid est litterarum ad Te darem, meaque Tibi desideria modeste exponerem. Operis Porphyriani *περί ἀποχῆς ἐμψύχων* editionem molienti mihi dissertationem de Vita & philosophandi ratione, qua usus Porphyrius, operi praefigere animus est. Praecipue pertractandam mihi sumam vexatam *de Porphyrii Apostasia*, quae vulgo creditur a Viris etiam Maximis Fabricio, de la Crozio aliisque, quaestionem, de qua ut Tuam mihi sententiam perscribere velis, est quod instanter & enixe Te obsecro. De *Porphyrianis* quoque, quo nomine insigniti olim fuerunt, quod nosti, Arriani, *nondum satis mihi constat*. Displicet enim & Sandii in Nucleo Histor. Eccles. & Godofredi in Philostorg. de iis sententia. Cudworthi itidem conjectura, quam in egregio suo Systemate Mundi intellectualis p. 594. profert, subtilis magis quam vera mihi videtur. Rectiorem itaque ex Te ut intelligam permitte. Tuus in disquisitiones historicas amor ac merita, quae concelebrata satis sunt, dubitare me non sinunt de experiunda mihi hoc in negotio benevolentia Tua atque gratia, cui licet referendae impari me plane agnoscam, praedicandae tamen & habendae satis sum facturus. Indulge itaque, Vir Amplissime, petitis meis, & si qua alia Tibi suppetant, quae conatibus meis usui esse possint, etiam in ipso Opere illustrando, ut liberaliter concedas, exorari Te patiari. Vale. Scripsi Suidnicii Silesiorum d. XIV. ante Cal. Octob. MDCCXV.

C c c

Epi-

Epistola II.

Cl. & Ampliss. Viro ,

J O. F R I D R: T H O M A E ,

*Suidnicensi Silesio ,*

S. P. D.

L. U R B: G O D O F R: S I B E R U S.

*Vir Amplissime , Nobilissime , Fautor omni observantia colende ,*

Quum magni facere soleam colloquia eruditorum , e quibus non solum amicitia coalescit , sed varia quoque utilitas in commodum publicum aliquoties redundat , non possum non praedicare benignitatem tuam , qua me nec visum nec auditum blande affaris , quin imo & sententiam meam in quaestione vexata expetis. Gratias tibi ago , Vir Amplissime , juxtaque rogo , ut licet existimatio tua de me sit nimia , animum tamen benevolum serves , atque nullum non officiorum genus tibi de me pollicearis. Caeterum quod ad conatus tuos pertinet , illi quidem sunt summopere laudandi , neque enim tale negotium vituperari poterit , in quo tanti Viri , qualis Holstenius fuit , tanto cum labore atque diligentia fuere versati. Verum ego existimo , quod ad Porphyrii vitam attinet , vix accuratius quicquam dari posse , quam quod Holstenius ea de re jam publicavit , - vir in omni literatura & Bibliothecis versatissimus. Quod dum dico , nolim hic tuam interpolare industriam , quum contingere queat , ut ab excellentibus ingeniis , novus etiam orbis inveniatur , eaque excutiantur , quae ab aliis aut non visa , aut neglecta miramur. De Ἀποστασία Porphyrii primum quaeris , eamque in dubium vocas , idque non prorsus absque ratione a te fieri existimo , quum vetustiores Hist. Ecclesiasticae Scriptores nullum signum proferant , Porphyrium unquam Sodalitati Christianorum addictum fuisse ; quin imo ipsum potius ut juratum Religionis sanctae hostem habeant. Sozomenus primus est , qui ipsum , a Christiano verberatum taedio vindictae aestuantem , defecisse refert , quem Theophanes pag. 45. exscribit , tracto in societatem Nicephoro. Horum vero Trium Virorum auctoritas alicui tanta videri posset , ut reapse Porphyrius Christianismum olim amplexus videri que-

queat. Veruntamen poterat esse Catechumenus, in quorum ordine diu verfabantur, etiam hi, qui vero sacrorum nostrorum studio tenebantur. Poterat etiam sola Oraculorum divinorum lectione delectari, quod ab eo factum esse non solum Patrum suffragia, sed ipsa etiam Porphyriana refutatio quindecim Libris constans satis testatur. Fortassis igitur accessit, ut amplexurus Christianismum, si rationes placerent, discessit ut hostis, cum animus sapientum demonstrationibus aduetus injuriis etiam eorum irritaretur, quorum vita a coelesti regula dissidebat. At si concedemus eum in confinio tantum Christianismi & Gentilismi stetitisse, castra vero ipsa non ingressum, statuendum erit, Sozomenum, Theophanem, Nicephorum, ἀποστασίας vocabulum largius esse interpretatos, neque accurata plane ratione Porphyrium ista ignominia adpersum esse.

Ego vero nolim talia operosius discuti, nempe ne Scriptorum Ecclesiasticorum auctoritas corruat, si ea evertamus, quae tamdiu credita atque ab his stabilita sunt, ad quos, tanquam Antiquitatum promos condos, abire consuevimus. Neque vero etiam officit rei Christianae, quod Christianus Apostatam agat, quum & perfectiores coelestesque genios ipsum deferuisse Numen agnoscamus. Porro Vir Amplissime quaeris, unde Ariani Porphyrianorum nomen tanquam ignominiosum acceperint? agnoscisque non sufficere accuratiōni tuae ea, quae Godofredus in Observ. ad Philostorgium p. 420. dixit. Ad ea regeo, mihi quidem in Constantini M. Epistola, modo illa ipsius sit Constantini, rationes uberrimas datas esse, nempe quod Ariani idem agerent quod Porphyrius. Iam Porphyrii conatus, ut Celsi atque Philostrati, eo tantummodo spectabant, ut nihil divini in Christo agnoscerent, aut si tale quippiam appareret, illud destruerent, quod cum multo adhuc fortius agerent Ariani, atque ipsa verba divinitatem testantia inaudita σπερβλίσσην perverterent, aptissime & maxime conveniente nomine Porphyriani sunt appellati. Putavi equidem quodvis malum a Graecis πορφύριον appellatum esse, recordorque aliquando belluam marinam littora vastantem & piscatoribus diu infestam Porphyrii nomine insignitam esse, at non definio, an non a Porphyrio Apostata bellua illa nomen traxerit. Constantini certe rationes adeo posteris placuere, ut Theodosius Imperator altero ad comburendos Porphyrii libros edicto ea repeteret, aut paululum immutaret, simul tamen illud indicaret, ab aequali Arianorum aemuloque Porphyrii furore illud nomen adeptos esse.

Sic meam tibi, Vir Amplissime, observantiam declaratam puto, quae si non satisfecerit accurato, quod iamiam persentisco, ingenio tuo, illud reputes, me in vasto illo Hist: Eccles: Oceano, scopulos potius devitare, & opes ambire, quae multitudini profint. Interea omni contentione rogo, ut oblatam amicitiam mihi serves, inque aliorum familiarium tuorum notitiam introducas, a quibus & dare & petere mutua benevolentiae signa non desistam. Deus Te servet. d. XII. Octob. 1715.

C c c 2

Epi.

Epistola III.

*Viro Max: Reverendo & Amplissimo*

URBANO GODOFR. SIBERO,

*Tb: L. Antiqu: Sacr: P. P.*

S. P. D.

JO. FRIDRICUS THOMAS.

**M**agnum mihi gaudium attulerunt responsoriae Tuae, omnis humanitatis & eruditionis plenissimae, quibus non ingratas plane fuisse litteras meas significasti perbenevole, & Tuam in me voluntatem peregrie declarasti. Gratias certe quas possum maximas Tibi habeo pro singulari Tua in me benevolentia, quae spe & expectatione mea major fuit, eamque ut mihi perpetuo serves, enixe ac studiose Te obsecro. Ad argumentum quod attinet, cujus causa factum est, ut Tuam amicitiam expeterem cupidissime, fateor equidem, perplacere admodum ingeniosam conjecturam Tuam, qua, ut salva maneat Patrum de Porphyrii Apostasia traditio, Catechumenum fuisse Porphyrium statuis, vel si hoc cuiquam displiceret, ἀποστασίας vocabulum latius paulo interpretandum esse mones, quod & mihi omnium optimum videtur. Verum enim vero cum hujus sententiae Tuae, quae magnam veritatis speciem habet, certiora argumenta adhuc desiderem, neque ex scriptoribus ecclesiasticis aliisve, qui de Porphyrio aliquid tradiderunt, hanc in rem facile aliquid adferri posse existimem, non inique feres, si τὸ ἐπέχειν hic eligam, meamque Tibi potius de quaestione ista hariolationem proponam, judicio Tuo definiendam. Sacra nimirum & mihi est Scriptorum Ecclesiasticorum autoritas; quam tamen ita colo, ut veritatis potiore habendam esse rationem, semper existimaverim. Cum itaque scriptores isti affectuum oestro, quod ipse agnosces, saepissime perciti fuerint, nomenque Porphyrii, quod & apud suos ob ingenii acumen, magnumque eruditionis adparatum magni fieri aegre viderent, non poterant certe istius famae majorem ignominiae notam inurere, quam si fabulam de Porphyrii Apostasia ab aliis acceptam suis & posteritati traderent, quam ex Philosophi nostri cum Origene Adamant. familiaritate exortam esse facile crediderim. De Arrianis vero, quod uberrimas rationes, cur Porphyriani dicti fuerint, in Constantini epistola Tibi animadversas esse scribis, bene quidem est; sed melius, quod addis: si modo illa ipsius sit Constantini, de quo dubitare ad-  
hu:

huc magnos Viros intelligo. Difficile quoque arbitror ex Porphyrii scriptis demonstrari, quod nihil divini in Christo agnoverit, vel si quidpiam conspiceret, divinitatis simile, illud destruxerit. Immo laudant hoc potius multi in Porphyrio, quod nullibi aliquid in Christum contumeliose dixerit. Deinde etiam hoc valde dubium me habet, quod S. Patres, qui contra Arrianos disputarunt, nunquam ipsis objecerint, se Porphyrii impietatem sequi, quod certe multo magis invisos reddidisset Arrianos, quos alias constat, Plotini dogmata adeo fuisse complexos, ut potiori jure Plotiniani quam Porphyriani dicendi fuerint. Elegans caeterum observatio est, quam addis de voce *πορφύριον*, quo malum quodvis a graecis designatum putas, eamque in rem Procopium allegas de bellua marina, Porphyrii nomine insignita, quam eandem historiam, nisi me omnia fallunt, me quoque legere memini apud Mich: Glycam P. IV. Annal: p. 270. Quo referre etiam quodammodo liceret explicationem cognominis Porphyriani, τοῦ βατανεώτου, quam dedit Steph: le Moyne p. 607. Var: Sacr: Sed ignotus, fateor, mihi est vocis *πορφύριου* significatus iste, quem probari ex autoribus graecis quam maxime cuperem. Haec monuisse, pace Tua, placuit, quibus tamen sententiae Tuae nihil detractum volo, sed ut ad ulteriorem de hac materia cogitandi rationem Te invitarem, unice institui. In ipso autem, ut & hoc addam, Opere Porphyriano illustrando de collatione Codicum MSS. maxime sollicitus fui, quorum ope vera lectio, quae multis in locis desideratur, restitui posset. Nec defuit votis meis aliqua ex parte eventus. Illustris enim Bibl: Vindebon: Praefectus, Gentilottus ab Engelsbrun Codicis MS. Vaticani non collationem, sed integram descriptionem mihi procuravit, &, ut majorem sui in me favoris copiam faceret, Florentini collationem, additis Cl: Salvinii observationibus humanissime promisit, Holstenii animadversionibus ad Vat: Cod: ineditis nuper demum transmissis. Dedit itidem Cl: Lederlinus Cod: Regii Parisiensis variarum lectionum specimen, quod integri Codicis collatio proxime sequetur. Codicis itaque Lipsiensis, quam Paulina Vestra adservat, collationem ut impetrarem, adhuc in desideriis meis fuit, quae non nullis Viris Cl: quos Lipsia colit, & non ita pridem Magnif: D. Boernero exposui: quarum summam nunc denuo colligo, & in sinum Tuum effundo, velis hoc negotium curare, ac petitioni meae, honestae ut puto, & publicae utilitati profuturae locum facere, conatusque meos opera Tua adjuvare. Ignoscas quae-so huic audaciae meae, quae tantum oneris subeundi, Tibi aliis rebus occupatissimo Viro tribuit, ex quo tamen ad me solatium, ad Te vero gloriae fructus perveniet. Equilem non habeo, quo Tuae in me propensae voluntati satisfaciam, tamen, quod potero, studebo atque annitar probare omnem industriam, quae cum in pietate & observantia posita est, tum inprimis ad honorem cultumque Tuum spectat. Ita Vale, Vir Amplissime, Tuamque benevolentiam, quod unice precor, perpetuo mihi conserva. Scripsi Suid-nicii Siles. d. XIII. a. Kal. Dec. MDCCXV.

C c c 3

Epi-

Epistola IV.

*Viro Clarissimo & eruditissimo*

J O. F R I D E R I C O T H O M A E.

*Suidnicensi,*

S. P. D.

URBANUS GODOFR: SIBERUS,

*Tb. L. Antiqu. Sacr. P. P. & ad D. Thom. aed. Sacerdos.*

UT Porphyrium Tyrium Phoenicem Philosophum equidem summum, at Christianum pessimum, adeoque desertorem ab ἀποστασίας labe defendas, meque in assensum trahas numerosis rationibus uteris, probabilibus, sed non veris, a me per compendium recensendis. Primum putas Christianos Scriptores oestro affectuum percitos; 2) invidia succensos frustra illud scelus Porphyrio exprobrasse, 3) Constantini Epistolam, qua Arianos Porphyrianos dici voluit, confictam videri, 4) Porphyrii Christianismum ex familiaritate cum Origene exsculptum esse, 5) demonstrari non posse Christi divinitatem ab ipso oppugnatam, 6) nec quicquam contumeliarum in Christum dictum esse, 7) Patres nunquam Arianis Porphyrianismum obiectasse. Ea antequam juxta flagitationem Tuam ponderem, discutiamve, ego quidem denuo profiteor, mihi atque fortassis etiam universae societati Christianae perinde haberi, Porphyrius Apostatam egerit nec ne: veruntamen ne flocci fecisse tuas rationes, aut muneris mei legibus parum intentus esse videar, respondeo, tueorque illam de Porphyrii Apostasia receptissimam Patrum affirmationem, atque primum plane nego scriptotres Ecclesiasticos, e quibus illa traditio ad nos usque venit, oestro affectuum, vel quod idem est, odii furorisque stimulis agitados tale quidpiam de Porphyrio confinxisse. Quo magis enim antiquorum illorum hominum modestiam in scribendo atque χαλιναγωγίαν intueor, tanto magis summam eorum in accusandis gentilibus tranquillitatem deprehendo, adeo, ut affirmem, Suetonium, Tacitum, aliosque profanos Scriptores multo fortius in scelera suorum invecos esse. Quin imo etiam pace impetrata sibi legem datam putabant, ne qua ἀθυρόγλωσσα apparerent, sed potius linguae intemperantiam, τὸ ἀκράτὲς τῆς γλώσσης, νοση-

νοσημάτων αἰσχισὸν habent. (\*) Id quod ipsum ex Apologiis primis fere Christianorum publicis scriptis satis constat, in quibus quum objecta sibi crimina deprecarentur, de vitiis tamen Numinum, quae colebant, sceleribusque mortalium magna verborum castigatione dixerunt, nec nisi quod plane certum vulgatumque erat, prodidere. Et quale quaeso lucrum habuissent Christiani, si ex furore Porphyrio Apostasiam objecissent, cujus molimina adversus Christianismum aequae nauci futura erant, siue Philosophum siue Christianum perfidum egisset? Certe non adeo inops aut ignobilis erat Respublica Christiana, ut ob unius hominis denegatum accessum, Christianae moderationis habenas frangerent, & falsa deviis objectarent.

Atque eodem argumento adversus secundam tuam rationem utor, quasi Christiani, famam Porphyrii liuidis oculis adspectantes, Apostasiam objecerint? Certe non habebant, quod inviderent Graecis hominibus talem hominem, qui, quae in humanis aut philosophicis artibus & scientiis sciret, aut magis sobrie scriberet, ex Christianorum contubernio & Origenis familiaritate hauserat, ceterorumque Philosophorum dogmata inde emendarat, quemadmodum Augustinus L. X. de Civ. Dei c. 30. & Baltus in Platonismo a Patribus defenso asserunt, quibus si adversus Magistros abuteretur, habebant tela, caelitus exposita, & acie divina roborata, quibus integras Porphyriorum cohortes prostrernere ac debellare poterant. Id quod factum, quum non unus eo tempore Porphyrii ingenio praeditus Ecclesiam labefactare conaretur. Pulcre Arnobius, cujus adversus gentes disputationes potissimum e Porphyrii Apostasia natas perhibet Ciacconius, L. III. de Ecclesia ait: *Suis illa contenta est viribus & veritatis propriae fundaminibus nititur: nec spoliatur vi sua, etsi nullum habeat vindicem: imo si linguae omnes contra faciant, contraque nitantur, & ad fidem illius abrograndam consensionis unitae animositate conspirent.* Exinde licet manifestum sit, Christianos nulla in Porphyrium invidia flagrasse, uberius tamen illud constabit, si citationes quidem, hinc & inde a Patribus factas, introspexeris, quae tantum abest, ut invidiam spirent, ut laudes potius aliquando exhalare videantur, nisi quum veritati litandum esset. Eusebius in Libris de Praeparatione Evangelica ingenium ejus commendat; Cyrillus vero in Libris adversus Julianum sedatissimo animo ea duntaxat dixit quae, si vivente Cyrillo superstes fuisset Porphyrius, aliter dicta nollet. Libro adversus Julianum I. Porphyrius dicitur ἐπὶ παιδείᾳ κοσμικῇ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἀγεννή. Quaeso ubi est invidia Patribus objecta? num Cyrillus cum Nestorio vel Theodoro aut Iba Schismaticis tam benigne egit, atque cum Porphyrio? Eodem libro eundem inter lectissimos Graeciae Scriptores refert, inter, ἐτέρους τῶν παρ' αὐτοῖς λογάδων, L. VIII. p. 270. inter eos, qui πανάριστοι καὶ σοφοὶ, λαμπρὸν καὶ διαβόητον ὄνομα acceperint, Porphyrium primo loco ponit, idque sine invidia, quae alias forte insignem Praesulem in-

(\*) Cyrill. L. V. contra Jul.

infestis signis oppugnavit. At eodem loco, quod verum erat, professus est: Πορφύριος μὲν οὖν ὁ πικροὺς ἡμῶν καταχέας λόγους καὶ τῆς χριστιανῶν θρησκείας μονονουχὶ κατορχούμενος Christianae religioni tantum non saltando illufit. Mox θρασὺν appellat. L. III. (\*) Magistris Juliani ipsum accenferet, auctoremque τῆς ἀθυρονομίας & τῶν φρονημάτων κοινῶν & L. IV. συνδιδασκόμενα L. V. posteaquam nonnulla ex ejus ad Nemertium libro adversus Julianum citasset, summoque jure Porphyrium τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ μεμαχημένον asseruisset, illico tamen putat in pectore suo rectius sensisse Apostatam, quam in scriptis monumentis prodidisset, οἶμαι δ' ἂν ὅτι καὶ ὑγιᾶς ἔφη τε καὶ πεφρόνηκεν, ἐξήνεγκέ τε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τῆς περὶ τοῦ θεοῦ δόξης τὸ ἀρτίως ἔχων, εἰ μὴ τάχα που τὴν Ἀνύτου καὶ Μελίτου γραφὴν ἐδεδέει καὶ τὸ Σωκράτους κώνειον. Taceo Theodoretī Encomia, qui in Porphyrium applicavit verba Simsonis de Leone caeso: De comedente exivit cibus, & de forti dulcedo. Ita vero, Vir Clarissime, feras tuos ut deprecet oculos, ne inter radios tranquillam Patrum faciem collustrantes ulla tibi invidiae nebulas confingas, quae ne tum quidem suspicandae essent, si fortius adhuc validiusque in ipsum detonassent.

Jam quod ad tertiam rationem tuam pertinet, epistolam Constantini, qua Arianis Porphyrianorum cognomentum per ignominiam imponi jubetur, esse confictam, quaeso feras, ut suspensiones meas priores diluam. Non diffiteor, me aliquando in illas dubitationum Syrtes abreptum esse, fuerint Epistolae & Edicta, quae sub Constantini nomine exhibentur, ejus, nec ne? Et verosimile videbatur, Principem tot regnis incubantem, vix tantum habuisse otii, ut prolixius, quod in iis monumentis factum, concionaretur. Veruntamen, quum ego non noverim, qui suspensiones illas certis rationibus suffulserit, Eusebius autem aliique Constantini ingenium laudent, Hymnographi vero inter Apostolos ob id ipsum referant, certius utique puto, si statuatur, Constantinum M. ea conscripsisse, vel si etiam alterius cujuscumque verbis usus sit, mentem nihilominus & mandata Imperatoris eidem instillata fuisse. Neque vero etiam insolens fuit Imperatoribus, Constantino aequalibus, aetateque majoribus, ut orationes ab aliis scriptas memoriae mandarent, inque celebritate deinceps recitarent.

